# DE EXTREMA ILIADIS RHAPSODIA

## I. DE VERSIBVS ITERATIS

**DISSERTATIO INAVGVRALIS PHILOLOGICA**
QVAM CONSENSV ET AVCTORITATE AMPLISSIMI
PHILOSOPHORVM ORDINIS IN ACADEMIA FRIDERICIANA
HALENSI CVM VITEBERGENSI CONSOCIATA AD SVMMOS
IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS D. XII.
M. AVGVSTI A. MDCCCLXVIII HORA XII IN AVDITORIO
MAXIMO VNA CVM THESIBVS A SE PROPOSITIS
PVBLICE DEFENDET


AVCTOR


**RUDOLFVS PEPPMUELLER**
GVESTFALVS

ADVERSARIORVM PARTES AGENT:
F. GOLDMANN, DR. PHIL.
C. SENDEL, SCHOL. LAT. COLL.

HALIS SAXONVM
FORMIS ORPHANOTROPHEI
A. MDCCCLXVIII

THEODORO BERGKIO

PRAECEPTORI OPTIMO

SACRUM

Quo magis tota fere antiquitas persuasum habuit Iliadem et Odysseam ab uno eodemque poeta profectas esse, quo acrius veteres critici restiterunt Xenoni et Hellanico, qui carmina Homerica *eiusdem auctoris esse*[1] negabant, eo maioris est momenti quod Aristophanes Byzantius et Aristarchus, cuius „*quanta olim auctoritas fuerit non solum apud homines eiusdem professionis, sed apud eruditos omnes et Graecos et Latinos incredibile dictu*,“ (Wolf prolegg. p. 227) totum Odysseae finem inde a rhaps. ψ v. 297[2] ab Homero abiudicarunt. Quod iudicium quam verum sit, Spohnius in libro ‚de extrema Odysseae parte aevo recentiore orta quam Homerico, Lips. 1816' luculenter ostendit. Totam Iliadis extremam rhapsodiam quamquam seriori poetae adscribere non ausi sunt, Aristarchum tamen, quanto erat acumine ingenii, non fugit etiam in hac carminum Homericorum parte et rebus et verborum usu nonnulla ab Homeri poesi longe recedere. Sed singulos locos maluit obelo notare quam totam rhapsodiam. Amplissimus eiusmodi locus octo complectitur versus, quibus de Paridis iudicio agitur. Omnino hic tantum Aristarchi nomen accipimus; tamen reliquarum etiam atheteseon (31 vv. ni fallor) maximam partem ad hunc criticum pertinere est verisimile. (Wolf prolegg. 269 sqq.)

---

1) *Seneca de brev. vitae* c. 13 graviter invehitur in homines Graeculos, quorum ‚iste morbus fuerit quaerere utrum prior scripta esset Ilias an Odyssea, praeterea an *eiusdem esset auctoris*.' Atque etiam ex scholiis perspicuum est quam acriter veteres illos homines insecuti sint.

2) Eustath: *Ἀρίσταρχος καὶ Ἀριστοφάνης εἰς τὸ Ἀσπάσιοι λέκτροιο περατοῦσι τὴν Ὀδύσσειαν, τὰ ἐφεξῆς ἕως τέλους τοῦ βιβλίου νοθεύοντες.*

Inter recentiores similem ingressus est viam Duentzerus (in Mus. Rh. V p. 378 sqq.). Is extremam rhapsodiam *necessariam* esse contendit et *Homericam usque ad v.* 676, *finem eius non necessarium et seriore aetate ortum.*[1] Ut vero reliquam partem tueretur, alios etiam versus 37 (17—31, 45, 171—173, 106—111, 414—421, 614—617) eximendos esse censuit; quae profecto ratio nullo modo potest probari.

Contra Geppertus in libro „über den Ursprung der Homerischen Gesänge, Leipz. 1840“ nihil habuit antiquius quam ut *totum hunc librum a rhapsodo absurdo omnique ingenii dexteritate carente compositum esse* ostenderet. Nonnulla sane recte animadvertit; sed multis etiam locis ‚rhapsodum illum' reprehendit, ubi omnia se habent optime.

Hoffmannus in „quaestionibus Homericis, Clausth. 1848“ metricarum solummodo rerum respectu habito singularum rhapsodiarum aetatem constituere studuit; eius observationes quamquam diligentissime factae sunt, eiusmodi tamen ratio semper erit fallax; plurimae igitur res quae ex studiis Hoffmanni consequuntur satis levem vim habeant; eoque magis, quod I. Bekker. in comment. ‚Zahlenverh. an dem Homer. Versbau beob.' (Monatsber. der Berl. Ak. 1859, p. 259 sqq.) structuram hexametri Homerici in perpaucis tantummodo rebus differre bene ostendit.

Commentatione nostra iam paene absoluta Liesegangium de eadem rhaps. quam nos iam diu tractabamus duas commentationes (Duisb. 1862 et 1867) scripsisse forte comperimus; quarum alteram modo potuimus nancisci; ibi nonnulla ex hac quaestione non male sunt animadversa.

Sed totius quaestionis, quae satis amplam disquirendi materiam praebet, nos quoque nunc unum tantum caput tractaturi sumus; quae reliqua sunt postmodo fortasse alio loco in medium proferemus.

1) Das Gedicht darf beim Tode des Hector nicht schliessen, das Gefühl der Rache muss sich auflösen, es muss einen poetisch motivirten Schluss erhalten.

# DE VERSIBUS IN EXTREMA ILIADIS RHAPSODIA ITERATIS.[1]

Versus iterati quam variam ac diversam vim habeant, quivis carminibus Homericis operam navaverit sponte intelliget. Cum enim alii non modo non offendant, sed potius necessarii videantur, alii multum habent offensionis. Quae res narrationis ordine saepius tanguntur ab epico poeta fere iisdem verbis solent describi; quae quidem res tantum abest ut habenda sit quasi pro quadam negligentia, ut proprium hoc esse dicendum sit epicae et simplicitatis et veritatis. Huc pertinent primum vitae cotidianae res omnes, deinde dierum ac noctium vicissitudines et quaecumque in rerum natura fieri solent,[2] tum ea quae vita in armis acta ferre solet, id quod maxime ad Iliadem spectat,[3] tum, sicut in Odyssea, quae navigantibus saepius acci-

1) G. Hermannus De iteratis apud Homerum.

2) Velut *ἦμος δ' Ἠέλιος μετενίσσετο βουλυτόνδε Π* 779, *ι* 58; *ὄφρα μὲν Ἠὼς ἦν καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ Θ* 66, *λ* 84, *ι* 56; *ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος Ἠὼς Α* 477, *Ω* 787, *β* 1, *γ* 404, *δ* 306, 431, 576, *ε* 228, *ι* 152, 170, 307, 437, 560, *κ* 187, *μ* 316, 8, *ν* 18, *ο* 189, *ρ* 1, *τ* 428; *αὐτὰρ ἐπεί κε φανῇ καλὴ ῥοδοδάκτυλος Ἠώς Ι* 707, *Ψ* 109, *ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη ἐφάνη ῥοδοδάκτυλος Ἠώς Ζ* 175, vel *δύσετο δ' ἠέλιος, σκιόωντο δὲ πᾶσαι ἀγυιαί β* 388, *γ* 487, 497, *ο* 185; *δύσετο δ' ἠέλιος, τετέλεστο δὲ ἔργον Ἀχαιῶν Η* 465.

3) Velut ille versus *δούπησεν δὲ πεσών, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ Λ* 504, *Ε* 42, 540, *Ν* 187, *Ρ* 50, 311, vel *δούπησεν δὲ πεσών, κατὰ δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν Ο* 578, *Π* 325; vel — *ὁ δ' ἐπεύξατο φώνησέν τε Ν* 373, *Υ* 388, vel simile quid.

dunt,[1] et quae sunt eiusmodi. Nec minus procul dubio versus iterari possunt, ubi poeta mentionem facit de re priore loco iam memorata, sive mandatum modo datum perficitur,[2] sive res ab ipso poeta narrata cum aliquo communicatur aliaque.[3]

Ac ne hoc quidem mirum est quod etiam comparationes et similitudines, quibus res uno quasi verbo illustrantur, sive solae verborum iuncturae,[4] sive versus integri,[5] saepius iterantur.

---

1) Exempli gratia:

ἱστὸν εἰλάτινον κοίλης ἔντοσθε μεσόδμης
στῆσαν ἀείραντες, κατὰ δὲ προτόνοισιν ἔδησαν,
ἕλκον ἱστία λευκὰ ἐϋστρέπτοισιν βοεῦσιν

β 424 sqq., ο 289 sqq; vel

ἱστοὺς (ἱστὸν) στησάμενοι ἀνά θ' ἱστια λεύκ' ἐρύσαντες

ι 77, μ 402; vel

αὐτίκα δ' ὅπλα ἕκαστα πονησάμενοι κατὰ νῆα
ἥμεθα· τὴν δ' ἄνεμός τε κυβερνήτης τ' ἴθυνεν

λ 10, μ 151, (ξ 256)

(vel ἥμεθα· τὴν δ' ἄνεμός τε κυβερνῆταί τ' ἴθυνον ι 78;)

vel ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ ι 62, 565, 105, κ 77, 133, alia id genus.

2) In altera Iliadis rhapsodia Iuppiter Morpheo mandat, ille exsequitur, Agamemno visionem primoribus narrat; licet etiam conferre Θ 402 sqq. cum v. 416 sqq., vel Ο 160 sqq. cum 176 sqq.

3) Conferas β 94 sqq. et τ 139 sqq. (ω 128), ubi de dolo Penelopes agitur; vel Α 371—75 et Α 12—16, vel Α 376—379 et 22—25; vel Λ 784 et Π 36. Ω 24 et 109. Ω 113 sqq. et 124 sqq. Ω 118 sq. et 146 sq. alia.

4) Veluti ἠΰτε κάπνος Σ 110, Π 110.

5) Confer

Ι 14 ἵστατο δακρυχέων ὥστε κρήνη μελάνυδρος
et Π 3 δάκρυα θερμὰ χέων ὥστε κρήνη μελάνυδρος;
Ζ 506 ετ Ο 263 ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος, ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ,
δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων,
εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋρρεῖος ποτάμοιο,
κυδιόων· ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται
ὤμοις ἀΐσσονται· ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθώς,
ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων·
ὣς υἱὸς Πριάμοιο Πάρις —
(ὣς Ἕκτωρ — — —)

Addo quod, ubi audientes ad gravem quandam rem praeparandi sunt, versus iteratos soleas invenire.[1]

Caveas etiam ne forte offendas in locis quibus dei vel eodem modo compellantur atque alibi, vel munera eorum iisdem verbis describuntur.[2]

Tantum abest ut iterationem ‚τέκνον, τί κλαίεις; τί δέ σε φρένας ἵκετο πένθος' illicitam habeamus, ut summam in ea esse venustatem arbitremur. Etenim si in prima rhapsodia Thetis filium, cui Agamemno gravem iniuriam intulerat, iis verbis consolatur postulatamque ultionem ei a Iove impetrat, in rhapsodia Σ Achillem propter amissionem amici, quem ipsius Pelidae ultio perdiderat, afflictum erigere studet. —

Iterationes sine mutatione fieri possunt; sed licet etiam poetae pro sententiarum varietate mutare, dummodo ne verborum sensus perturbetur; interdum iteratio sine mutatione recepta pro manifesto imitationis signo putanda sit. Intellegitur facili negotio, cur versus, qui in Iliade iterantur, in Odyssea fere non inveniantur et vicissim. Etenim non solum in mythis, verum etiam in oratione nonnullae inter utrumque carmen extant varietates; neque etiam hoc omitti debet quod res ipsae quae tractantur multum inter se differunt. Addendum est quod Ilias haud dubie Odysseam aetate anteit. Sequitur saepe deprehendi posse versus ex Iliade repetitos in Odyssea, raro ex Odyssea sumtos in Iliade.[3]

Multa sane duobus carminibus communia sunt et epici sermonis per saecula exculti propria; talia epicus poeta sine ulla dubitatione in suum usum convertere potuit.

Quibus praemissis si ad ipsam extremam Iliadis rhapsodiam transimus, primum in maximo iteratorum numero offendimus; qui quamquam Odysseae fine (ubi inter versus

---

1) Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι *B* 484, Ξ 508, Π 112; Λ 218.

2) Conferas ε 43 sqq. et Ω 339 sqq.

3) — ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ ι 51 et *B* 467.

623 iterati inveniuntur 180) etiam superatur, iure tamen excitabit admirationem nostram. Etenim quarta fere pars totius rhapsodiae (vv. circiter 200) ex aliis seu Iliadis seu Odysseae (extat enim fere dimidium versuum iteratorum in hoc carmine) libris translata est, nec desunt praeterea et versus et verborum iuncturae aliis carminum Homericorum locis simillimae.

Iam versuum ordine singula persequamur.

In ι 373 dicit poeta de Polyphemo

*κὰδ δέ μιν ὕπνος ᾕρει πανδαμάτωρ;*

hoc somni epitheton hic solum legitur et v. 5 nostrae rhapsodiae; nempe totum locum is qui hunc librum composuit in suum usum convertit; dicit de Achille

*οὐδέ μιν ὕπνος ᾕρει πανδαμάτωρ.*

V. 8. *ἀνδρῶν τε πτολέμους ἀλεγεινά τε κύματα πείρων* in Odyssea ter legimus (ϑ 183, ν 91 et 262), ac bis quidem Ulixes eo de se ipse utitur, primum ubi apud Phaeaces Eurylocho, iuveni atque homini superbo, qui certaminis eum imperitum esse dicit, respondet esse quidem se multis miseriis terra marique satis agitatum, tamen certamen non subterfugere, secundum ubi narrat Minervae pastoris habitu indutae natum se esse in Creta; cum vero Orsilochum, Idomenei filium, quippe qui ipsum praeda Troianorum, propter quam multas miserias periculaque terra marique subierit, voluerit spoliare, sua manu vita privaverit, exulem factum esse. Semel, ubi Ulixis adventus Ithacensis describitur,

---

V. 2. *δόρποιο μέδοντο* cf. Σ 245 *πάρος δόρποιο μέδεσϑαι.*

V. 3. *ὕπνου τε γλυκεροῦ ταρπήμεναι.* Similis junctura est ψ 346 *εὐνῆς ἧς ἀλόχου ταρπήμεναι ἠδὲ καὶ ὕπνου*, nunquam alibi; nec inf. *ταρπήμεναι* alio loco deprehendi. Structura hic non satis fluit.

V. 6. *Πατρόκλου ποϑέων ἀδροτῆτά τε καὶ μένος ἠΰ* conferas quod dicitur Π 857 de anima Patrocli ad Orcum fugiente.

*ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ᾽ ἀδροτῆτα καὶ ἥβην.*

V. 7. *ἠδ᾽ ὁπόσα τολύπευσε.*

*ἐπεὶ πόλεμον τολύπευσεν* α 38, δ 490.

ipse poeta de eo hoc versu utitur oppositionis causa; is enim qui tot tantosque labores terra marique sustinuit, nunc servatus in patria requiescit. Nusquam alio sensu versus adhibetur; sed in Ulixem quam bene cadat nemo non intellegit:

*ἐπεὶ οὔτις Ἀχαιῶν τόσσ᾽ ἐμόγησεν,*
*ὅσσ᾽ Ὀδυσεὺς ἐμόγησε καὶ ἤρατο* — (δ 106 sq.)

Ipse dicit ϑ 155 ad Phaeaces

*ὃς πρὶν μὲν μάλα πόλλ᾽ ἔπαθον καὶ πόλλ᾽ ἐμόγησα;*

et similiter ad Calypso ε 223

*ἤδη γὰρ μάλα πόλλ᾽ ἔπαθον καὶ πόλλ᾽ ἐμόγησα*
*κύμασι καὶ πολέμῳ.*

Intellegenda sunt procul dubio pericula quae Ulixi terra in campo Troianorum, mari in reditu subeunda erant: etenim non Achivis Troiam petentibus, sed redeuntibus Troia secundum carmina Homerica maximi labores erant superandi.

Quodsi versus *ἀνδρῶν τε πτολέμους* ... alibi semper de Ulixe usurpato hoc loco de Achille adhibetur, utri aptior sit profecto vix cuiquam dubium erit. Attamen nostro quoque loco ferri potest, quoniam iam in carminibus Homericis audimus de periculis ante id tempus de quo in Iliade agitur Achilli subeundis. Moneo primum de loco nonae Iliadis rhapsodiae v. 328

*δώδεκα δὴ σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ᾽ ἀνθρώπων,*
*πεζὸς δ᾽ ἕνδεκά φημι κατὰ Τροίην ἐρίβωλον;*

nec minus huc spectant ea quae Nestor Telemacho narrat in γ 103

*ὦ φίλ᾽, ἐπεί μ᾽ ἔμνησας ὀιζύος, ἣν ἐν ἐκείνῳ*
*δήμῳ ἀνέτλημεν μένος ἄσχετοι υἷες Ἀχαιῶν,*
*ἠμὲν ὅσα ξὺν νηυσὶν ἐπ᾽ ἠεροειδέα πόντον*
*πλαζόμενοι κατὰ ληίδ᾽, ὅπῃ ἄρξειεν Ἀχιλλεύς,*
*ἠδ᾽ ὅσα καὶ περὶ ἄστυ μέγα Πριάμοιο ἄνακτος*
*μαρνάμεϑ᾽.*

Sed recte admonuit me Bergkius noster poetam etiam de narrationibus aequalium, cyclicos dico, cogitare posse, qui Achillem Troiam profecturum ad Scyrum insulam deiectum esse tradiderunt.

V. 18 ἐν κόνι ἐκτανύσας[1] προπρηνέα· τοῖο δ' Ἀπόλλων

similis est versui 25 rhaps. Ψ

πρηνέα πὰρ λεχέεσσι Μενοιτιάδαο τανύσσας
Ἐν κονίῃς.

Utroque loco versus legitur de Hectore mortuo, quem Achilles est dedecoraturus, nec sane ea similitudo per se ipsa offendit. Sed versum quoque 21

(περὶ δ' αἰγίδι πάντα κάλυπτεν)
χρυσείῃ, ἵνα μή μιν ἀποδρύφοι ἑλκυστάζων

invenimus in rhapsodia Ψ, ubi v. 187 hic est

ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ
ἀμβροσίῳ, ἵνα μή μιν ἀποδρύφοι ἑλκυστάζων.

Nostro loco Apollo Hectoris corpus aegide tegit, in Ψ Venus et Apollo tuentur, atque haec quidem id unguit, ille nube circumdat, ne solis ardore torreatur. Non dubium est quin poeta huius rhapsodiae locum illum imitatus sit. Iam veteres in hoc loco offendisse videmus ex scholiis; quid mirum? obelo notarunt. Quamquam quod dicit scholiasta ‚αἰγὶς οὐκ ἔστιν αὐτοῦ' (Apollinis), hoc refutatur versu 361 libri quinti decimi

τῇ ῥ' οἵγε προχέοντο φαλαγγηδὸν, πρὸ δ' Ἀπόλλων
αἰγίδ' ἔχων ἐρίτιμον —

Sed tamen alias modo Iovem et Minervam aegide instructos

---

V. 9 θαλερὸν κατὰ δάκρυον εἶβεν cf. inter alia δ 556
θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντα.

V. 12 sq. οὐδέ μιν ἠὼς
Φαινομένη λήθεσκεν ὑπεὶρ ἅλά τ' ἠϊόνας τε

videtur poetae Odyss. locus obversatus esse χ 197

οὐδέ σέγ' ἠριγένεια παρ' Ὠκεάνοιο ῥοάων
Λήσει ἐπερχομένη χρυσόθρονος.

Formas iteratt. huius libri poeta admodum frequentat. ὑπεὶρ ἅλα legimus δ 172, Ψ 27, ι 254, γ 73. — παρὰ θῖν' ἁλός Α 316, 327, Λ 622, κ 179.

V. 15 δίφρου ὄπισθεν Ρ 468 ὄπισθεν δίφροιο.

---

1) ἐκτανύσας modo Λ 844.

videmus, eoque magis mirum est quod Apollo hoc loco Hectoris corpus aegide tuetur, quoniam id in *Ψ* nube tegit.

Ceterum ‚χρυσείη' nullo alio loco est epitheton aegidis, quae potius plerumque dicitur *θυσανόεσσα* vel *ἐρίτιμος;* in rhaps. autem *O* 308 sic legitur de Apolline

*ἔχε δ' αἰγίδα θοῦριν*
*δεινὴν ἀμφιδάσειαν ἀριπρεπέ'* —

Sed quicquid praeclarum est, quicquid divinum appellari solet aureum.[1] Imitatio manifesta est: est igitur in aperto etiam v. 18 poetae rhapsodiam *Ψ* esse obversatam.

V. 28 prius hemistichium
*καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς*

---

Etiam cum v. 25 sq. pangeret, poeta primam rhapsodiam ante oculos habuisse videtur. Dicit

*πᾶσιν ἑήνδανεν* (scil. *κλέψαι νέκυν*), *οὐδέ ποθ' Ἥρῃ*
*οὐδὲ Ποσειδάων' οὐδὲ γλαυκώπιδι κούρῃ.*

Iam quaeris cur hi tres dei Apollini resistant. Neptunus quidem saepe opitulatur Achivis, Achillem nusquam opera adiuvat. Contra in A hi di societatem iniisse narrantur ad Iovem ipsum vinciendum; aegreque Aegaeone auxilio vocato a Thetide prohibitos esse dicit Achilles (Preller Gr. Myth. I p. 130):

*ἔφησθα κελαινεφέϊ Κρονίωνι*
*οἴη ἐν ἀθανάτοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι,*
*ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι,*
*Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.*

Licet commemorare verborum iuncturam ‚*γλαυκῶπις κούρη*' reperiri demum in Odyssea (*β* 433, *ω* 517). In Iliade legitur aut *γλαυκῶπις Ἀθήνη* (sive *Ἀθηναίη*) aut absolute, quod aiunt, *Γλαυκῶπις*.

V. 33 *σχέτλιοί ἐστε, θεοί, δηλήμονες* confererendus est *ε* 118 *σχέτλιοί ἐστε, θεοί, ζηλήμονες ἔξοχον ἄλλων.*

V. 38 *καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερίσαιεν* notum Odysseae hemistichium *α* 291, *β* 222, *γ* 285 saep.

---

1) Sic in *Δ* initio

*Οἱ δὲ θεοὶ γὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο*
*χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ, μετὰ δέ σφίσι πότνια Ἥβη*
*νέκταρ ἐῳνοχόει· τοὶ δὲ χρυσέοις δεπάεσσιν*
*δειδέχατ' ἀλλήλους* et quae seqq.

In *E* 724 de divino curru *τῶν ἤ τοι χρυσέη ἴτυς ἄφθιτος* —, in nostra rhaps. v. 101 *Ἥρῃ δὲ χρύσεον καλὸν δέπας ἐν χερὶ θῆκεν,* alia. —

monet de celeberrimo rh. *Z* loco, ubi vaticinatur Hector patriae interitum v. 449

ἔσσεται ἦμαρ ὅτ' ἄν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρὴ
καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς ἐϋμμελίω Πριάμοιο

(Idem versus extant *Δ* 164 sq.) Cuius loci poetam memorem fuisse eo magis credam quod etiam alterum v. 28 hemistichium

Ἀλεξάνδρου ἕνεκ' ἄτης

in *Z* v. 356 legitur; et haec iteratio certe nihil haberet offensionis, nisi e versibus seqq. satis appareret hoc loco ea verba sensu accipienda esse plane alieno. Etenim haec verba cum in sexto libro scelus significent quod Paris raptu Helenae Menelaique deceptione commisit, hoc loco referri debent ad culpam, quam contraxit eo quod Iunonem et Minervam violavit ‚ὅτε οἱ ἐς μέσσαυλον ἵκοντο.' Spectat hoc haud dubie ad notum illud Paridis iudicium, cuius nec in Iliade neque in Odyssea ullum deprehenditur vestigium. Nimirum igitur Aristarchus totum locum obelo notavit.

V. 31 Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐκ τοῖο δυωδεκάτη γένετ' ἠώς

---

V. 41 seq. λέων ὣς ἄγρια οἶδεν,
ὅστ' ἐπεὶ ἂρ μεγάλῃ τε βίῃ καὶ ἀγήνορι θυμῷ
εἴξας

conferendus est locus *M* 299 sq.,

ὥστε λέων ὀρεσίτροφος, ὅστ' ἐπιδευὴς
δηρὸν ἔῃ κρειῶν, κέλεται δέ ἑ θυμὸς ἀγήνωρ. —

βίῃ καὶ καρτέϊ εἴκων legimus σ 139, μ 143; ᾧ θυμῷ εἴξας ι 598.

[Versus 45 ex Hesiodi operibus 316, ubi est ‚γνωμικῶς', ut cum scholiasta dicam, adhibitus, hunc in locum a quodam translatus est; refragratur autem adeo huius loci sententiae ut haud dubie prorsus delendus sit.]

V. 50 ἦτορ ἀπηύρα *Λ* 115.

V. 52 οὐ μὴν οἱ τόγε κάλλιον οὐδέ τ' ἄμεινον

similis est v. 159 rh. η

Ἀλκίνο' οὐ μέν τοι τόδε κάλλιον οὐδὲ ἔοικεν

V. 53 μὴ ἀγαθῷ περ ἐόντι cf. *Α* 131 μὴ δ' οὕτως, ἀγαθός περ ἐών.

legitur etiam *Λ* 493. Utroque loco non habes quo referas '*ἐκ τοῖο*'. Quod dicit poeta '*δυωδεκάτη ἠώς*', hoc nullo numero est (cf. v. 413); poterat etiam non minus commode voce '*δεκάτη*' uti. (Cf. v. 784.) Fortasse hic versus iam veterrimae epicae poeseos proprius fuit.

V. 69 et 70

*οὐ γάρ μοί ποτε βωμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης*
*λοίβης τε κνίσης τε· τὰ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς*

extant etiam *Δ* 48—49, ubi idem Iuppiter haec verba facit de cunctis Troianis. Repetitione quamvis legitima erat tamen non opus; satis erat dicere '*ἐπεὶ οὔτι φίλων ἡμάρτανε δώρων*'. Ferri tamen potest. — Eadem in rhapsodia de Venere Paridem in omni periculo defendente atque tutante versus legitur

*αἰεὶ παρμέμβλωκε καὶ αὐτοῦ κῆρας ἀμύνει,*

qui quidem in quarto libro aptior est quam in nostra rhapsodia. Quod cum scholiasta vel is quem ille secutus est perspexerit, adnotat '*ψευδὲς τοῦτο*'. Sed usus verbi '*παρμέμβλωκεν*' est tropicus. — Hunc igitur versum quoque huius libri poeta in suum usum convertit; scripsit autem

*ἦ γάρ οἱ αἰεὶ*[1]
*μήτηρ παρμέμβλωκε —*

---

V. 55 similiter *Γ* 413, *Ζ* 205, *Ι* 538, *Φ* 479, *Ψ* 482, *ϑ* 227, *σ* 25.

V. 60 Iuno dicit se Thetidem educasse inque matrimonium dedisse Peleo *ἣν ἐγὼ αὐτὴ*
*ϑρέψα τε καὶ ἀτίτηλα καὶ ἀνδρὶ πόρον παράκοιτιν;*
quae res plane ignota est Homero. Tethyn et Oceanum se recepisse ipsa Iuno confitetur *Ξ* 202
*οἵ μ' ἐν σφοῖσι δόμοισιν ἐῢ τρέφον ἠδ' ἀτίταλλον.*

V. 64 serm. ep. propr: *Α* 511, 560, *Δ* 30, *Ε* 888, *Ξ* 341, *Υ* 19, *Χ* 182, *α* 63, (*Η* 280, *Ξ* 293, *Ο* 220).

V. 75 *ὄφρα τί οἱ εἴπω πυκινὸν ἔπος* coll. *Η* 375 *καὶ δὲ τόδ' εἰπέμεναι πυκινὸν ἔπος.*

---

1) Hoc loco neglectio litterae *Βαῦ* animadvertenda est, cuius vis in pronomine *οἷ* tam firma fuit ut hic vel attici poetae epicos secuti hiatum admiserint.

Cum vero alterum hemistichium hoc loco adhibere non posset, versus alio modo complendus erat. Addidit igitur poeta alterum hemistichium ‚ὁμῶς νύκτας τε καὶ ἦμαρ,' quo omnino supersedere possumus; explicat enim hemistichium tantummodo vocem ‚αἰεί'. Ac ne ipsum quidem illud ex Iliade petiit, quippe in qua ubique simpliciter tantum invenias νύκτας τε καὶ ἦμαρ (*E* 490 *X* 432).[1] Quamquam ‚ὁμῶς' in Iliade quoque coniungi cum hominibus particulis τὲ — καὶ iam satis copulatis non nego.[2]

V. 77 ὣς ἔφατ', ὦρτο δὲ Ἶρις ἀελλόπος ἀγγελέουσα

extat duobus Iliadis locis *Θ* 449 et 469; versus nihil habet offensionis, nisi forte cui versus hoc loco nimis latus videtur. Idem dicendum est de versu 159 ex eodem l. sumto.

Sequens versus μεσσηγὺς δὲ Σάμου τε καὶ Ἴμβρου παιπαλοέσσης

videtur quidem ad exemplum *N* 33 factus esse, legitur autem ibi pro ‚δὲ Σάμου' ‚Τενέδοιο' — at non est cur iteratio reprehendatur.

V. 80—62 ἡ δὲ μολυβδαίνῃ ἰκέλη ἐς βυσσὸν ὄρουσεν,
ἥ τε κατ' ἀγραυλίοιο βοὸς κέρας ἐμβεβαυῖα
ἔρχεται, ὠμηστῇσιν ἐπ' ἰχθύσι κῆρα φέρουσα.

Comparatio cur adhibeatur non satis video causae, quoniam res per se ipsa perspicua nec sublimitate insignis est; primo quidem in libro v. 532 de Thetide poeta simpliciter dicit ‚εἰς ἅλα ἆλτο βαθεῖαν'. Ac ne satis quidem apte comparatio hoc loco a poeta introducta esse videtur; nimirum Iris iam sub undas demersit, cum ea ipsa res similitudine auditoribus illustratur. Quis autem est cui non praeclara illa

---

1) Conf. contra in Od. *κ* 28, 80, *ο* 476, *ω* 63 in versu ἐννῆμαρ (ἑξῆμαρ) πλέομεν ὁμῶς νύκτας τε καὶ ἦμαρ.

2) ὁμῶς ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν *Θ* 214; αὐτοί τε ὁμῶς καὶ ἵπποι *Λ* 707; simpliciter in *B* 466 αὐτῶν τε καὶ ἵππων; ὁμῶς αὐτούς τε καὶ ἵππους *Φ* 62 et 521.

comparatio Odysseae rhaps. μ, v. 251 seqq.[1] in mentem veniant, quae huic plane similis est, etiamsi verba, si discesseris a iunctura ‚βοὸς κέρας ἀγραυλίοιο', inter se differunt. Suspicari licet huius libri poetae animo eam comparationem obversatam esse. In iis autem quae ipse persecutus est nonnulla offendunt; ante omnia enim animadvertendum est substantivum κήρ ab Homero nusquam de belluarum morte usurpari, sed de morte tantum hominum (velut Β 352, Γ 32, Δ 584, Σ 117, Ρ 714, ψ 66, μ 157, δ 273, ϑ 513, alias); voluerunt igitur iam veterum nonnulli scribere ‚πῆμα φέρουσα', quoniam absurdum esset etiam piscibus ‚κῆρας' assignare. Quam bene et religiose non dixerim.[2]

V. 83 seqq. poetae sine dubio ille locus rhaps. Σ obversatus est ubi Thetis cum Nereidibus ex mari emergit filium ob mortem Patrocli graviter afflictum consolatura. Quamquam unus tantum versus ad verbum translatus est, tam multae tamen deprehenduntur similitudines, ut ea res mihi quidem videatur manifesta, praesertim cum poeta infra quoque v. 536 sqq. nonnulla ex eadem rhapsodia in suum usum contulerit. Etsi nullius est momenti quod v. 83 eandem invenimus iuncturam atque in Σ 402: ἐνὶ σπῆϊ γλαφυρῷ; sed offendo quod v. 85 seqq. plane similia verba adhibentur de Achille atque ille ipse usurpat in rh. XVIII de Patroclo. Dicit Achilles in Σ 98 sqq. ad matrem maturam ipsi mortem vaticinantem:

*αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ*
*κτεινομένῳ ἐπαμῦναι· ὁ μὲν μάλα τηλόθι πάτρης*
*ἔφθιτ', ἐμεῖο δὲ δῆσεν* et quae seqq., huius libri poeta v. 84 seqq. *ἡ δ' ἐνὶ μέσσῃς*
*κλαῖε μόρον οὗ παιδὸς ἀμύμονος, ὅς οἱ ἔμελλεν*

---

1) *ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προβόλῳ ἁλιεὺς περιμήκεϊ ῥάβδῳ*
*ἰχθύσι τοῖς ὀλίγοισι δόλον κατὰ εἴδατα βάλλων,*
*ἐς πόντον προΐησι βοὸς κέρας ἀγραυλίοιο,*
*ἀσπαίροντα δ' ἔπειτα λαβὼν ἔρριψε θύραζε·*
*ὣς οἵγ' ἀσπαίροντες ἀείροντο προτὶ πέτρας* et quae seqq.

2) *κῆρα φέρειν* Β 352, δ 273, ϑ 513.

*φθίσεσθ' ἐν Τροίῃ ἐριβώλακι τηλόθι πάτρης.*
*ἐν Τροίῃ ἐριβώλακι* in eadem rhaps. Σ legitur v. 67.

V. 89 *τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα*

in Σ extat v. 127.

V. 96 et 97 de Thetide Iridequę similes inveniuntur versus atque de Thetide Nereidibusque in Σ 66 sqq.

Sunt versus in Ω

*ἀμφὶ δ' ἄρα σφι λιάζετο κῦμα θαλάσσης*
*ἀκτὴν δ' εἰσαναβᾶσαι ἐς οὐρανὸν ἀϊχθήτην,*

in Σ *περὶ δέ σφισι κῦμα θαλάσσης*
*ῥήγνυτο. ταὶ δ' ὅτε δὴ Τροίην ἐρίβωλον ἵκοντο,*
*ἀκτὴν εἰσανέβαινον.*

In extrema rhaps. cum Bekkero legendum est *εἰσαναβᾶσαι*, non *ἐξαναβᾶσαι* cum codd.; primum enim verbum *ἐξαναβαίνειν* genitivum flagitat, deinde etiam iteratio commendat correcturam.

V. 91 — *ἔχω δ' ἄχε' ἄκριτα θυμῷ* in rhaps. Γ v. 412 est Helenae. Repetitio est satis idonea.

Neque etiam valde offendo in eo quod versus 98

*εὗρον δ' εὐρύοπα Κρονίδην, περὶ δ' ἄλλοι ἅπαντες*

repetitus est ex Α 498, ubi sic legitur

*εὗρεν* (est eadem Thetis) *δ' εὐρύοπα Κρονίδην ἄτερ ἥμενον ἄλλων.*

---

V. 87 *ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη προσέφη πόδας ὠκέα Ἶρις* saepius legitur ap. Hom. Cf. Β 172.

V. 93 prius hemistichium epic. serm. est propr.

V. 99 alterum hemistichium epici sermonis est proprium.

V. 100 similiter haud raro legitur ap. Hom.

V. 103 epici serm. propr. est.

V. 107 *ἐννῆμαρ δὴ νεῖκος ἐν ἀθανάτοισιν ὄρωρεν* conferendus est versus *μῦθον Ἀλεξάνδροιο, οὗ εἵνεκα νεῖκος ὄρωρεν* Γ 87, Η 374, 388.

V. 109 alterum hemistichium epici sermonis est proprium.

V. 113—115 = 134—136. — V. 117—119 = 145—147.

V. 120 *ὣς ἔφατ', οὐδ' ἀπίθησε θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα* saepius extat ap. Hom.

Epitheton quidem *εὐρύοπα* duobus his tantum locis cum patronymico *Κρονίδης*, reliquis autem semper cum ipso Iovis nomine ‚*Ζεύς*' coniungitur et solummodo in exitu hexametrorum deprehenditur. Sed nihil ex hac re concludi potest, nisi quis forte in *B* 375, *Π* 845, *ν* 25 offendit in *Κρονίδης Ζεύς*, cum plerumque dicatur simpliciter *Κρονίδης* (*Δ* 5, 25, *Π* 440, *Ξ* 330, *Υ* 31, *α* 45, *ω* 554), vel in *Κρονίωνα ἄνακτα* vel *Κρονίωνι ἄνακτι* (*Α* 502 et *Σ* 118), quoniam plerumque nominativus *Κρονίων* finem faciat versus.[1]

---

1) Neque suspicionem potest movere — moneo hoc adversus Hauptium in additam. ad Lachm. observatt. — quod sicuti in *Θ* 206 et *Ξ* 265, infra quoque v. 331 legitur accus. *εὐρύοπα Ζῆν'*. (Nempe sic, non *Ζῆν* vel *Ζήν*, ut Herm. et Bekk. volunt, scribendum esse videtur; semper enim, nec non in Hesiodi Theog. v. 884, a vocali incipit sequens versus, neque neutris illis *δῶ* (pro *δῶμα*) et *κρῖ* (pro *κριθή*) apocope, quam statuunt, comprobatur. Quamquam elisio in exitu versuum non aliis exemplis confirmatur; sed haec licentia propter metrum satis excusationis habet.) Est quidem vox *εὐρύοπα* in Iliade novies (*E* 265, *Θ* 442, *I* 419, 686; *N* 732, *Ξ* 203, *O* 724, *P* 544, *Ω* 296), in Odysssea septies (*β* 146, *γ* 288, *δ* 173, *λ* 435, *ξ* 232, *ρ* 322, *ω* 545) nominativus, semel (*Π* 241) vocativus — usu venit igitur *εὐρύοπα Ζεύς* vel *Ζεῦ* decies in Iliade, non novies, ut dicit Haupt —; sed similis est usus patronymici *Κρονίδης*, quod plerumque (sexies — *B* 375, *Δ* 5, *Π* 845, *Υ* 31, *ω* 359, 544) habet formam nominativi, quater (*Δ* 25, *Π* 440, *Ξ* 330, *α* 45) vocativi, semel (*ν* 25) dativi, bis (*Α* 498, *Ω* 98) accusativi. Verum hoc non solum in *εὐρύοπα Ζῆν'*, verum etiam in *εὐρύοπα Κρονίδην* satis memorabile est formam ‚*εὐρύοπα*' accusativi vice fungi.

Patronymicum *Κρονίων* fere tenet exitum hexametri et nominativi vice fungitur, velut *ὑπέρσχῃ χεῖρα Κρονίων* *Δ* 249 et *ξ* 184, *αὐτός γε Κρονίων* *N* 319, *φόνον δ' ἤμυνε Κρονίων* *N* 782, *τοῖόν τοι ἀοσσητῆρα Κρονίων* *O* 254, *ἐτάνυσσε Κρονίων* *O* 662, *ἰδὼν ἐλέησε Κρ.* *P* 441, *T* 340, *ἐπὶ Ζεὺς θῆκε Κρ.* *μ* 399, *ο* 477, *ἔστησε Κρ.* *μ* 405, *γενεὴν μούνωσε Κρ.* *π* 117, *ἐν φρεσὶ θῆκε Κρ.* *π* 291, *μάλα με Ζεὺς ἄφρονα θῆκε Κρ.* *φ* 102, *τά οἱ ἐτέλεσσε Κρ.* *χ* 51. Inveniuntur autem in exitu versuum etiam alii casus, velut dativus *κελαινεφέϊ Κρονίωνι* *Α* 397, *Z* 267, *Ω* 290, vel accusativus *κελαινεφέα Κρονίωνα* *Α* 78, vel genitivus *ἐρισθενέος Κρονίωνος* *Φ* 184.

Quin etiam paenultimum versus locum habet vocabulum, velut accus. in *Α* 502 *Δία Κρονίωνα ἄνακτα*, in *Α* 539 *Δία Κρονίωνα προσηύδα*, vel *Ζῆνα Κρονίωνα προσηύδα* *ω* 472, *Δία Κρονίωνα λιτοίμην*

Indidem sumptus est etiam v. 121
*βῆ δὲ κατ᾽ Οὐλύμποιο καρήνων*, qui in *Α* 44 adhibetur de Apolline ‚funestam luem per exercitum spargente'.

In versibus 126—127 componendis poeta eiusdem primae rhapsodiae locum (v. 348 sqq.) respexit, ubi eadem Thetis lacrimantem filium consolatur. Sed quoniam hoc loco Achilles lacrimas non fundit, sed se ipsum castigat totusque in ultione explenda versatur, pro sententia loci primus versus mutandus fuit. Scripsit igitur poeta pro
*Καί ῥα πάροιθ᾽ αὐτοῖο καθέζετο δακρυχέοντος*
hoc loco *ἡ δὲ μάλ᾽ ἀγχ᾽ αὐτοῖο καθέζετο πότνια μήτηρ.*

Sequens versus
*χειρί τέ μιν κατέρεξεν ἔπος τ᾽ ἔφατ᾽ ἔκ τ᾽ ὀνόμαζεν*
utroque loco plane eandem praebet formam.

---

V. 123 *ἀδινὰ στενάχοντα.* In Iliade *Ψ* 225 *ἀδινὰ στεναχίζων*, in Od. *η* 274 *ἀδινὰ στενάχοντα.*

V. 124 *ἐντύνοντο ἄριστον* legitur in *π* 2. Nusquam in Iliade vocabulum *ἄριστον* extat hoc loco excepto. Qua ex re Iliadis poetam prandii morem ignorasse perperam conclusit Geppertus. Cf. *Θ* 53 et *Τ* 275, qui loci allati sunt iam a Duentzero. Accedit veterum sententia quae nobis tradita est in schol: *τρὶς τροφὰς ἐλάμβανον οἱ ἥρωες.*

Etiam in Odyssea vox *δειπνεῖν* in univ. adhibetur; est idem atque *ἀριστᾶν* *ο* 397: *ἅμα δ᾽ ἠοῖ φαινομένηφιν δειπνήσας* . . .

V. 134—136 = 113—115.

V. 137 *ἀλλ᾽ ἄγε δὴ λῦσον, νεκροῖο δὲ δέξαι ἄποινα* monet de initio rh. A v. 20, ubi Chryses petit ab Agamemnone *παῖδα δ᾽ ἐμοὶ*

---

*ξ* 406; vel dativus *Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι* *Σ* 118, *Διὶ Κρονίωνι μάχεσθαι* *Φ* 193. — Quartum pedem tenet mensura paeonis secundi genitivus *Ξ* 297. *Ζηνὸς δ᾽ οὐκ ἂν ἔγωγε Κρŏνῑŏνŏς ἆσσον ἱκοίμην* et *λ* 620 *Ζηνὸς μὲν παῖς ἦα Κρŏνῑŏνŏς, αὐτὰρ ὀϊζὺν* . . , nominativus paenultima producta *ρ* 424 et *τ* 80 *ἀλλὰ Ζεὺς ἀλάπαξε Κρονΐων — ἤθελε γάρ που —*, genitivus alterum et tertium pedem mensura paeonis tertii *Φ* 230 *εἰρύσαο Κρŏνῑωνος.*

Ex his quae dixi satis apparere mihi videtur epicam poesin minime tam firmis perpetuisque legibus astrictam esse, quam Hauptius videtur putare; etenim sensus imprimisque metri necessitas cogebat poetas ut hic illic rationem relinquerent quam alibi eandem ob causam sequi solebant.

Versus 131—132

*οὐ γάρ μοι δηρὸν βέῃ ἀλλά τοι ἤδη*
*ἄγχι παρέστηκεν θάνατος καὶ Μοῖρα κραταιὴ*

sumpti videntur ex *Π* 852—853; ibi sunt Patrocli, qui Hectori interfectori mortem vaticinatur. Initium prioris versus pro sententia mutatum est: legitur enim illic *οὔ θην οὐδ᾽ αὐτὸς δηρὸν* et quae seqq.

Agitur iam de versibus nonnullis, quas poeta huius libri ex altera rhapsodia in suum usum convertit. Ac primum quidem versus 133

*ἀλλ᾽ ἐμέθεν ξύνες ὦκα, Διὸς δέ τοι ἄγγελός εἰμι*

ad verbum legitur *B* 26 (63), ubi versu utitur *Ὄνειρος*, qui a Iove ipso Agamemnoni missus erat, incitaturus eum ut proelium inciperet. Sequitur vero illic hic versus

*ὅς σευ ἄνευθεν ἐὼν μέγα κήδεται ἠδ᾽ ἐλεαίρει.*

Neque solum *Ὄνειρος* his duobus versibus utitur, sed ipse etiam, ut par est, Agamemno, cum somnium Iovisque mandatum primoribus indicat (v. 63—64). Huius nostrae rhapsodiae poetae similis res placuit; quippe priorem versum Thetidi tribuit; alterum, quoniam parum aptus visus est, omisit. Duos illos versus

*Διὸς δέ τοι ἄγγελός εἰμι,*
*ὅς σευ ἄνευθεν ἐὼν μέγα κήδεται ἠδ᾽ ἐλεαίρει*

infra (v. 173 sq.) legimus, ubi Iris cum Priamo rege Iovis voluntatem communicat, sed sententia loci prioris versus prius hemistichium poeta hic coactus est omittere.

Quin etiam Nestoris orationem, qua is fidem somnio habendam esse demonstrat, huius libri poeta in suum usum convertit. Dicit enim Nestor *B* 80

*εἰ μέν τις ὄνειρον Ἀχαιῶν ἄλλος ἔνισπεν*

---

*λῦσαί τε φίλην τὰ τ᾽ ἄποινα δέχεσθαι;* hunc librum a nostro poeta haud raro respectum esse vidimus videbimusque.

V. 138 sermonis epici est proprius.

V. 143 *Ἶριν δ᾽ ὤτρυνε Κρονίδης εἰς Ἴλιον ἱρήν* ex *Θ* 398 *Ἶριν δ᾽ ὤτρυνε χρυσόπτερον ἀγγελέουσαν.*

*ψεῦδός κεν φαῖμεν καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον·*
*νῦν δ' ἴδεν ὃς μέγ' ἄριστος Ἀχαιῶν εὔχεται εἶναι.*

Plane simili sententia etiam poeta libri XXIV Priamum Hecubae uxori, quae dissuadet coniugi ut in castra Achivorum proficiscatur, facit probantèm (v. 220—223), quare sibi eundum sit. Imitatio certissima est; etenim primo illi versui alterius rhapsodiae in hoc libro sententia loci flagitante respondet hic versus

*εἰ μὲν γάρ τίς μ' ἄλλος ἐπιχθονίων ἐκέλευεν*

et additum est

(*ἢ οἳ μάντιές εἰσι, θυόσκοοι ἢ ἱερῆες*).

Secundus versus extat in nostro libro ne verbo quidem mutato

*ψεῦδός κεν φαῖμεν καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον,*

ac ne tertius quidem

*νῦν δ' — αὐτὸς γὰρ ἄκουσα θεοῦ καὶ ἐσέδρακον ἄντην —*
*εἶμι.*

imitationis vestigia celat.[1] — V. 144 prius hemistichium *Βάσκ' ἴθι, Ἶρι ταχεῖα*, sicuti etiam v. seq., legitur etiam in *Θ* 399. Idem dicendum est de v. 77.

Vertimus nos ad versus quosdam ex sexto Odysseae libro deprомptos.

Versui enim 189

*αὐτὰρ ὅγ' υἷας ἄμαξαν ἐΰτροχον ἡμιονείην*
*ὁπλίσαι ἠνώγει*

---

V. 170 alterum hemistichium similiter nonnunquam legitur ap. Hom. In *Γ* 84 (ex ead. rh. supra sumtus erat v. 91) legitur *ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα; σ* 88 *τῷ δ' ἔτι μᾶλλον ὑπὸ τρόμος ἔλλ. γ.; Θ* 452 *σφῶϊν δὲ πρίν περ τρόμος ἔλλαβε φαίδιμα γυῖα*. Hoc loco *τὸν δὲ τρόμος ἔλλαβε γυῖα* notanda est structurae varietas.

V. 175 — 187 = 146—158.

V. 188 extat etiam *Λ* 210, *Σ* 202.

V. 195—196 = 118—119 = 146—147 = 175—176.

---

1) Ceterum scholiasta vel is quem secutus est non recte versus sensum in *B* intellexisse videtur.

non dissimilis est versus 72 rhaps. ζ
*οἱ μὲν ἄρ᾽ ἐκτὸς ἄμαξαν ἐΰτροχον ἡμιονείην*
*ὤπλεον;*
sed repetitio legitima est. Offendit contra iteratio versus 263
*οὐκ ἂν δή μοι ἄμαξαν ἐφοπλίσσαιτε τάχιστα;*
nam parum apte Priamus, postquam modo filios quam potuit acerbissime increpuit, statim leniter et mansuete optativo cum ἂν utens eos adhortatur ut currum sibi parent. Quanto melior est illa structura quo loco Nausicaa Alcinoum patrem adit (ζ 57)
*πάππα φίλ᾽, οὐκ ἂν δή μοι ἐφοπλίσσαιτε ἀπήνην;*
Cum vv. 266 sqq. conferas ζ 72 sqq.

Neque minus imitatio in aperto est v. 309, ubi Priamus a Iove precatur ut Achillem ad misericordiam deducat:
*δός μ᾽ ἐς Ἀχιλλῆος φίλον ἐλθεῖν ἠδ᾽ ἐλεεινόν.*
In Odyssea rhaps. ζ 327 verba sunt Ulixis Minervam adorantis ut Phaeaces ipsius misereat. Nil fecit poeta huius libri nisi nomina mutavit, quandoquidem illic legitur
*δός μ᾽ ἐς Φαίηκας φίλον ἐλθεῖν ἠδ᾽ ἐλεεινόν*

Scripsit autem genitivum quoniam accus. Ἀχιλλῆα metro adversabatur.

Consulto supra omisimus nonnullos versus iteratos. Ac primum versus 191 *αὐτὸς δ᾽ ἐς θάλαμον κατεβήσετο κηώεντα* translatus esse videtur ex ο 99, unde multa deprompta sunt infra v. 284 sqq. — Legitur etiam Z 288. —

Versu 210 Hecuba dicit destinatum fuisse Hectori filio ut a canibus dilanietur *τῷ δ᾽ ὥς ποθι Μοῖρα κραταιὴ γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκον αὐτή;* invenitur alter etiam in Ψ 218; sed nihil habet offensionis iteratio.

---

V. 197 prius hemistichium *ἀλλ᾽ ἄγε μοι τόδε εἰπέ* saepius usu venit, alterum *τί τοι φρεσὶν εἴδεται εἶναι* in υ 11: *τοῦτό τι μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδ. εἶναι.* Cf. A 228 *τόδε τοι κὴρ εἴδεται εἶναι.*

V. 200 *καὶ ἀμείβετο μυθῷ* (sing.) Odysseae est proprius ζ 67, ι 506, κ 71, ο 433, al.

V. 203—205 = 519—521.

V. 212 sqq. dicit Hecuba *τοῦ ἐγὼ μέσον ἧπαρ ἔχοιμι ἐσθέμεναι προσφῦσα· τότ' ἂν τιτὰ ἔργα γένοιτο*[1] *παιδὸς ἐμοῦ —.*

Hoc loco codd. exhibent *ἄντιτα*, (quod Hesych. explicat *ἀντέκτιτα, ἀντιμώρητα*).[2] Et sane hoc vocabulum legitur *ρ* 51, ubi Telemachus ad matrem dicit

*εὔχεο πᾶσι θεοῖσι τελήεσσας ἑκατόμβας*
*ῥέξειν, αἴ κέ ποθι Ζεὺς ἄντιτα ἔργα τελέσσῃ,*

et plane similiter idem dicit *α* 379 sqq. et *β* 144 sqq.

*ἐγὼ δὲ θεοὺς ἐπιβώσομαι αἰὲν ἐόντας,*
*αἴ κέ ποθι Ζεὺς δῷσι παλίντιτα ἔργα γενέσθαι.*

Qui loci quamvis ei qui hanc rhaps. fecit sint observati et compositum haud dubie et hoc loco aptius sit, tamen poeta simplice usus esse censendus est. Etenim quae verba ll. cc. quasi pro protasi sunt, ea hoc loco sunt pro apodosi. Et quemadmodum in *α* et *β* poeta pergit in consecutione

*νηποινοί κεν ἔπειτα δόμων ἔντοσθεν ὄλοισθε,*

ita simili structura etiam hoc loco opus est.[3]

---

V. 215 similiter saepius.

V. 217 serm. ep. propr. est.

V. 219 (443) *οὐδέ με πείσεις* *Α* 132, *Ζ* 360, *Λ* 648, *Σ* 126, *ξ* 363. (Licet animadvertere versus 230—231

*δώδεκα δ' ἁπλοΐδας χλαίνας, τόσσους δὲ τάπητας,*
*τόσσα δὲ φάρεα καλά, τόσους δ' ἐπὶ τοῖσι χιτῶνας*

eum qui extremam Odysseae rhapsodiam composuit in suum usum convertisse. Extant ibi v. 276 sq.) — V. 234 *ἐκ δὲ δέπας περικαλλές, ὅ οἱ Θρῆκες πόρον ἄνδρες* cf. *Λ* 632 *πὰρ δὲ δέπας περικαλλές, ὅ οἴκοθεν ἦγ' ὁ γεραιός.*

V. 235 *ἐξεσίην ἐλθόντι* ex *φ* 20. *Λ* 140 legitur *ἀγγελίην ἐλθεῖν.*

---

1) Sic Bekk. ex schol.

2) Descendit autem ab *ἀνά* et *τιτός* per apocopen minimeque syncopa adhibita ex *ἀντίτιτος*.

3) Conferas quae dicit Ulixes *η* 331

*Ζεῦ πάτερ, αἴθ' ὅσα εἶπε τελευτήσειεν ἅπαντα*
*Ἀλκίνοος· τοῦ μέν κεν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν*
*ἄσβεστον κλέος εἴη.*

Nec non quae dicit Agamemnon in *Β* 371 sqq. Praecedit votum, sequitur conclusio, quae fit opt. c. *ἄν*.

V. 243 sqq. nonnulla sunt eiusmodi ut poetae locum rh. *Σ*, quam supra respexit v. 83 sqq., infra v. 536 sqq., in mentem venisse liceat contendere. Ut Priamus dicit filios facilius ab Achivis victum iri Hectore interfecto:

ῥηΐτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔσεσθε
κείνου τεθνηῶτος ἐναιρέμεν,

sic Polydamas in *Σ* amicos cohortatur ut ne pernoctent ad naves, sed sese recipiant. Dicit enim v. 275 sqq:

ὄφρα μὲν οὗτος ἀνὴρ Ἀγαμέμνονι μήνιε δίῳ,
τόφρα ῥηΐτεροι πολεμίζειν ἦσαν Ἀχαιοί. —
νῦν δ' αἰνῶς δείδοικα ποδώκεα Πηλείωνα.

Imperf. ὁμόκλα (v. 247) habemus praeterquam nonnisi *Σ* 156. —

V. 255 deplorat se Priamus plane similiter atque Thetis in *Σ* v. 54 sq. Queritur hic

ὤμοι ἐγὼ πανάποτμος, ἐπεὶ τέκον υἷας ἀρίστους,

fortium nemo adhuc superstes est; illa:

ὤμοι ἐγὼ δειλή, ὤ μοι δυσαριστοτόκεια,
ἥτ' ἐπεὶ ἂρ τέκον υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε,

nunquam eum in domum Pelei salvum post reditum recipiam. — Vox solit. πανάποτμος, quae per se non est offensioni, a nostro poeta ficta est metri causa atque loci sententiae. — V. 278 denique legitur de mulis Priami

τούς ῥά ποτε Πριάμῳ Μυσοὶ δόσαν ἀγλαὰ δῶρα,

in *Σ* 84 legimus de armis Achillis

τὰ μὲν Πηλῆϊ θεοὶ δόσαν ἀγλαὰ δῶρα,

nec non idem narratur *Π* 867 de equis herois.

Sequitur ut agam de numero versuum quos poeta huius libri ex rhaps. *ο* Odysseae repetiit.

Non multum tribuo ei rei quod versus 264 alterum hemist. ἵνα πρήσσωμεν ὁδοῖο hic modo legitur 219 et similiter versu 47; sed libatio quoque, quam Hecuba Iovi facit, priusquam Priamus rex in castra Achivorum proficiscitur, plane iisdem verbis describitur, quibus poeta utitur

V. 246 hemistichium alterum saep. ap. Hom.

in Odyssea quo loco Menelaus Telemachum ad Nestorem tendentem dimittit. Utroque enim loco (hic v. 284—286, in Od. v. 148—150) leguntur hi versus:

*οἶνον ἔχουσ'* (in Od. *ἔχων*) *ἐν χειρὶ μελίφρονα δεξιτερῆφιν,*
*χρυσέῳ ἐν δέπαϊ, ὄφρα λείψαντε κιοίτην;*
*στῆ δ' ἵππων προπάροιθεν —*

Sine dubio poeta huius rhapsodiae locum Odysseae ante oculos habuit. — Idem affirmare licet de versibus 320 et 321

(*εἴσατο δέ σφιν*)
*δέξιος αἴξας ὑπὲρ ἄστεος· οἱ δὲ ἰδόντες*
*γήθησαν καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἰάνθη,*

qui in rhapsodia *ο* v. 164—165 leguntur. Initium tantum prioris versus paullum differt; est enim in *ο*

*δέξιος ἤϊξε πρόσθ' ἵππων.*

Utroque loco dextra avis pro bono omine est, sed illic fortuito apparet, hic optata.

Versus qui supra leguntur 302—305 sine dubio ad exemplum facti sunt versuum in Odyssea saepius iteratorum (*α* 136, *δ* 52, *η* 172, [*κ* 368], *ρ* 91), nec non in ea rhapsodia ex qua multa hoc loco huius libri poeta deprompsit extantium: *ο* 135. Sed cum aliis locis semper ad verbum repetantur

*χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα*
*καλῇ, χρυσείῃ ὑπὲρ ἀργύροιο λέβητος*
*νίψασθαι,*

hic poeta multa pro sui loci sententia mutavit:

---

V. 271 *καὶ τὸ μὲν εὖ κατέθηκαν ἐϋξεστῷ ἐπὶ ῥυμῷ* cf. *ζ* 75 *καὶ τὴν μὲν κατέθηκεν ἐϋξεστῷ ἐπ' ἀπήνῃ.* Vide quae diximus p. 19.

V. 283 *τετιηότι θυμῷ Α* 555.

V. 292 *αἴτει δ' οἰωνὸν, ταχὺν ἄγγελον.* Nusquam in Iliade, quotiescunque di per aves quid sibi videatur palam faciunt, avis dei nuntius appellatur. Fit idem in Od. in rh. *ο* v. 526: *ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις, Κίρκος, Ἀπόλλωνος ταχὺς ἄγγελος.*

V. 299 serm. ep. propr. est.

V. 310—313 = 292—295.

*ἦ ῥα καὶ ἀμφίπολον ταμίην ὤτρυν᾽ ὁ γεραιός,*[1]
*χερσὶν ὕδωρ ἐπιχεῦαι ἀκήρατον·*[2] *ἡ δὲ παρέστη*
*χέρνιβον ἀμφίπολος πρόχοόν θ᾽ ἅμα χερσὶν ἔχουσα*
*νιψάμενος ....*

**Unius versus verba ita adhibuit ut tres quasi versus ex iis formaret.**

Maxime offendit hoc loco vox solitaria *χέρνιβον*, quare critici Alexandrini versum 304, ut ex scholiis compertum habemus, obelo notarunt: ‚*ὅτι παρὰ τὸ συνηθὲς αὐτῷ χέρνιβον τὸ ἀγγεῖον τὸ ὑποδεχόμενον τὸ ὕδωρ, ὡς ἡμεῖς.*' Ac vere legitur apud Andocid. IV, p. 33, 3 ‚*χερνίβοις καὶ θυματηρίοις*', unde apparet seriore aetate *χέρνιβον* esse aquaemanalem.[3] Sed iam scholiasta animadvertit eandem rem apud Hom. ubique significari vocabulo *λέβης*, recteque addit ‚*τὸ δὲ κατὰ τῶν χειρῶν διδόμενον ὕδωρ χέρνιβα.*' — Neque aliud esse videtur hoc loco accus. *χέρνιβον* quam alibi *χέρνιβα*, ita ut huius libri poeta usum Homericum nequaquam transierit. Immo *χέρνιβον* est deducendum a nominativo **χέρνιβος*; accipias igitur *χέρνιβον πρόχοόν τε* unam quasi notionem; nempe aqua inerat illi vasi, unde in manus lavandas profundebatur.

Metaplasmi ob metri necessitatem admissi haud raro apud Homerum exempla inveniuntur: pro *ἀλκῇ ἀλκί* (in *ἀλκὶ πεποιθώς*), pro *αὐλήν αὖλιν* (*ἐσιέμεναι χ* 470), pro *ἀστέρες ἄστρα* (*Θ* 555), pro *Ἀΐδαο Ἄϊδος* (*εἴσω Ζ* 284 saep., *δόμον, εἰς Ἄϊδος Ν* 415); *Ἄϊδόσδε Η* 330 saep.; pro *ὑσμίνῃ ὑμῖνι* (*μάχεσθαι Β* 863, *Θ* 56), pro *ἰώκην ἰῶκα* (*Λ* 610). Cf. etiam *Πάτροκλος* et — *κλέης*, *Μελάνθιος* et — *θεύς*, *Οἰδί-*

---

1) Poetae hoc loco versum *ἦ ῥα καὶ ἀμπεπαλὼν προΐει δολιχόσκιον ἔγχος* obversatum fuisse, id quod I. E. **Ellendt**. ‚**drei homer. Abh.**' Leipz. 1864. contendit, equidem pro certo affirmare non ausim.

2) Ap. Hom. alibi *ἀγλαόν*. Sed cf. *ἄκρητοι σπονδαί Β* 341, *Δ* 159, *ποτόν β* 341, *γάλα ι* 297, *οἶνος ω* 73. Sic *ἀκραιφνής* (Eur. Alc. 1052) et *ἀκέραστος*.

3) Similiter Epicharmus (ap. Ath. IX, 408 c.) dicit *χει-ό-νιβ-ον*, Eupolis (ap. Ath. l. c.) *χειρ-ό-νιπ-τρο-ν*.

*ποδος* et — *πόδαο* (*εω*, *α*), ap. Eur. *Ἐτέοκλος* pro — *κλῆς*, alia id genus. —

Abitus Priami hic (v. 323) eodem versu describitur atque in rh. *ο* 191 Telemachi:

*ἐκ δ᾽ ἔλασε προθύροιο καὶ αἰθούσης ἐριδούπου.*[1]

Legitur etiam idem versus in tertio Odysseae libro (494), sed ibi ab optimis testibus omittitur. Tamen mihi quidem nulla causa extare videtur cur eximatur, quoniam legitima est talis repetitio. —

Priusquam ad sequentia iterata progredimur, de nonnullis quae modo praetermisimus nobis erit dicendum. Versus enim 306—307

*εὔχετ᾽ ἔπειτα στὰς μέσῳ ἕρκεϊ, λεῖβε δὲ οἶνον*
*οὐρανὸν εἰσανιδών, καὶ φωνήσας ἔπος ηὔδα*

extant etiam *Π* 230—231, ubi Achilles Patroclo, priusquam amicum in proelium dimittit, victoriam et salutem a Iove exposcit, sicuti hoc loco ipse Priamus faustum omen felicis reditus sibi exorat. Alterum quidem secundi versus hemistichium sine idonea causa mutatum est; legitur enim in libro sexto decimo *Δία δ᾽ οὐ λάθετ᾽ τερπικέραυνον.*

Deinde precibus finitis, ut in priore libro, sic etiam in nostro dicitur (v. 314)

*ὣς φάτο εὐχόμενος, τοῦ δ᾽ ἔκλυε μητίετα Ζεύς,*

qui versus aut qualis hic est aut pro sententiarum varietate mutatus saepissime usurpatur.

Neque etiam v. 308

*Ζεῦ πάτερ, Ἴδηθεν μεδέων, κύδιστε, μέγιστε;*

qui invenitur etiam in *Η* 202, habet quidquam offensionis; similia haud raro deprehendas.

Versus 315

*αὐτίκα δ᾽ αἰετὸν ἧκε, τελειότατον πετεηνῶν*

repetitus est ex *Θ* 247, ubi Iuppiter, cum Achivi in sum-

---

2) Adi. *ἐρίδουπος*, quod epitheton est *αἰθούσης*, cur excepto hoc loco semel tantum in Il. *Υ* 50 (*ἐπ᾽ ἀκτάων ἐριδούπων*) deprehendatur, octies in Od., sponte apparet; nempe nusquam porticus commemorandae data erat occasio.

mas rerum angustias deducti sunt, Agamemnoni aquilam boni ominis causa mittit.

Versus 330 οἱ μὲν ἄρ' ἄψορροι προτὶ Ἴλιον ἀπονέοντο [1] legitur etiam in Γ 313; ibi autem pro ‚οἱ μὲν' ‚τὼ μὲν' scriptum est.

Nusquam in Iliade Mercurius nuntii Iovis officio fungitur, Iris in Odyssea nusquam. In Iliade non tam Iovis mandata perpetrat deus, quam ipse agit, quoniam Achivis in libro XX in Troianos opem fert. Neque etiam gestare eum videmus ‚auream illam virgam,' [2] quam Graeci ‚κηρύκειον' vocant; qua quidem virgula quemlibet pro arbitrio consopire potest et excitare e somno, id quod in hoc libro videmus eum facere. Dicitur autem Mercurius et in Odyssea (ε 87, κ 277, 331) et in hymno qui factus est in ipsius honorem v. 539 eius virgae causa ‚χρυσόρραπις.' In Iliade nullus deorum alius Iovem sopire potest nisi ipse Somnus, quem Iuno eius rei causa precibus adit Ξ 153 sqq. Contra extremae Iliadis rhapsodiae poeta cum Odyssea mirum quantum conspirat, quamobrem etiam plane iisdem de Mercurio versibus utitur — atque hoc quidem satis commode — qui leguntur in quinto libro Odysseae, ubi deus Iovis iussu ad Calypso est profecturus. Sunt illic versus 43—49, hic 339—345:

---

V. 322 alterum hemist. ἑοῦ ἐπεβήσετο δίφρου in Θ 44 de Minerva.

V. 326 μάστιγι κέλευεν Ψ 642.

V. 327 καρπαλίμως plerumque primum versus locum obtinet: Α 359, 435, Β 17, Γ 117, Ε 868, Θ 506, 546, Ι 708, Κ 346, 513, Λ 118, Ν 296, Ξ 461, Ρ 482, Τ 115, Υ 190, Χ 159, Ψ 408, Ω 441, β 406, γ 30, 418, 478, ε 193, ζ 261, η 38, 135, ϑ 16, 122, ι 216, 226, 464, κ 146, ξ 500, ο 497, τ 461. Alterum locum tenet modo quater: Ε 904, ζ 312, η 194, μ 166.

V. 328 πόλλ' ὀλοφυρόμενοι. Singul. λ 219. — Eodem versu de ‚ϑανατόνδε κιόντα' monet Ellendt. p. 101 ad ‚πόλεμόνδε κιόντι' Λ 684.

---

1) Cf. etiam Ξ 46 προτὶ Ἴλιον ἀπονέεσϑαι et Μ 73 οὐκέτ' ἔπειτ' οἴω οὐδ' ἄγγελον ἀπονέεσϑαι ἄψορρον προτὶ ἄστυ.

2) Hor. carm. I, 10, 77.

*ὣς ἔφατ', οὐδ' ἀπίθησε διάκτορος Ἀργειφόντης·*
*αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα*
*ἀμβρόσια χρύσεια, τά μιν φέρων ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν*
*ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο·*
*εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇτ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει*
*ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει·*
*τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων πέτετο κρατὺς Ἀργειφόντης.*

Ceterum primi tres versus in primo libro Odysseae (v. 96 sqq.) de Minerva adhibentur.

Deos hominibus plerumque non palam se obferre, sed specie alicuius indutos satis notum est; sic hoc quoque loco Mercurius Priamo obviam fit habitu et forma principis adolescentis. Dicit autem poeta versu 347 sq.

*βῆ δ' ἰέναι κούρῳ αἰσυμνητῆρι ἐοικώς,*
*πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη.*

Ac vere iuvenis species Mercurio maxime est apta; nimirum etiam artifices ita deum solent fingere. Eadem autem specie Ulixi quoque se obfert in Odyssea, cum apud Circen moratur. Narrat enim Ulixes

---

V. 331 *τὼ δ' οὐ λάθον εὐρύοπα Ζῆν'* cf. *Δία δ' οὐ λάθε τερπικέραυνον Π* 232.

V. 332 *ἰδὼν δ' ἐλέησε γέροντα* conferendus est versus rh. *P* 441 (qui similiter extat etiam *T* 340) *μυρομένω δ' ἄρα τώγε ἰδὼν ἐλέησε Κρονίων.*

V. 335 *ᾧ κ' ἐθέλησθα σ* 270.

V. 336 *κοίλας ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν* alibi simpl. *κοίλας ἐπὶ νῆας E* 26, *H* 372, 381.

V. 338 *πρὶν Πηλείωνάδ' ἱκέσθαι* offendit forma *Πηλείωνάδε.* Nusquam enim suffixum $\overline{\delta\epsilon}$ ap. Hom. coniungitur cum hominibus. Nam quod dicit Homerus *Ἄϊδόςδε*, haec vox ellipsi subst. *οἶκον* explicanda est, quam etiam in oratione soluta ubique adhiberi satis constat. Quodsi forte hoc loco legeretur genitivus *Πηλείωνόςδε*, non haberemus cur admodum miraremur. Sed haec forma metro adversabatur; finxit igitur poeta ratione plane inaudita *Πηλείωνάδε.* Et recte fortasse Ellendt. p. 29 in annot. animadvertit poetam in formatione vocabuli memorem fuisse loci rhaps. X 214 *Πηλείωνα δ' ἵκανε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη*, ita ut litteram *δ* falso cum *Πηλείωνα* coniunxerit particulam putans pro suffixo.

ἔνθα μοι Ἑρμείας χρυσόρραπις ἀντεβόλησεν
ἐρχομένῳ πρὸς δῶμα νεηνίῃ ἀνδρὶ ἐοικὼς
πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη.

Hi versus sine dubio poetae nostro obversati sunt, sed quoniam sententia loci flagitabat, alterius prius hemistichium mutavit; cum vero nunc ne alterum quidem ferri posset propter metrum, hoc etiam mutandum erat. Quod poeta sic fecit ut vocem quae omnino solitaria est versui immisceret, ‚αἰσυμνητῆρι.' [1] Repetitio per se sane nihil habet offensionis.

V. 363 νύκτα δι' ἀμβροσίην ὅτε θ' εὕδουσι βροτοὶ ἄλλοι legitur etiam aliis duobus locis in *K* v. 83 et v. 386; nec sane in iteratione quisquam iure offendat, nisi quod poeta pro ‚ἀμβροσίην' alterum noctis epitheton ‚ὀρφναίη' substituerit, quod per se et hoc loco ferri potest.

V. 365 οἵ τοι δυσμενέες καὶ ἀνάρσιοι plane eodem modo legitur ξ 84, ubi extat quoque v. 177

---

V. 349 οἱ δ' ἐπεὶ οὖν μέγα σῆμα παρὲξ Ἴλοιο ἔλασσαν — cf. *Λ* 166 οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα παλαιοῦ Δαρδανίδαο.

V. 350 similiter saepius. Cf. *E* 368.

V. 351 ‚καὶ ἐπὶ κνέφας ἤλυθε γαῖαν' ep. sermon. est propr., sed alibi haec verborum iunctura semper finem versus obtinet et deest γαῖαν: καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθεν *Α* 475, γ 329, ε 225, ι 168, 558, κ 185, 478, μ 31, τ 426. εἰσόκε — δύῃ τ' ἠέλιος καὶ ἐπὶ κνέφας ἔλθῃ *Λ* 194, *P* 455. πρὶν ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν *B* 143. πρὶν κνέφας ἦλθε *Θ* 500.

V. 357 αἴ κ' ἐλεήσῃ *Z* 94, ν 182; supra v. 301.

V. 359 ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἔσταν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσιν conf. *Λ* 669 οὐ γάρ ἐμὴ ἴς Ἔσθ' οἵη πάρος ἔσκεν ἐνὶ — et ν 398 κάρψω μὲν χρόα καλὸν ἐνὶ — et ubi aptior sit verborum iunctura statim perspicies.

V. 360 στῆ δὲ ταφὼν cf. *Λ* 545, *Π* 806.

V. 361 χεῖρα γέροντος ἑλών, ἐξείρετο καὶ προσέειπεν duo hemistichia homerica coniuncta sunt. Cf. *Δ* 142 ‚χειρὸς ἑλοῦσ'' et *E* 756 ‚ἐξείρετο καὶ προσέειπεν.'

V. 364 μένεα πνείοντας Ἀχαιούς saepe ap. Hom., sed nom. pl: cf. *Γ* 8, *Λ* 508. *B* 536 μένεα πνείοντες Ἄβαντες.

---

1) αἰσυμνήτης *Δ* 258. De hoc vocabulo alio loco dicetur.

eadem iunctura quae hic adhibetur v. 376 de Mercurio ‚*δέμας καὶ εἶδος ἀγητός*' de Telemacho. Similiter legimus χ 370 *θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν Ἕκτορος*.

Duobus Odysseae locis (π 71—72, φ 132—133) Telemachus, ut suam declaret infirmitatem his de se utitur versibus

*αὐτὸς μὲν νέος εἰμὶ καὶ οὔπω χερσὶ πέποιθα,*
(in φ: *ἠὲ νεώτερός εἰμι καὶ οὔπω χερσὶπέποιθα*)
*ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.*

Quorum versuum habito respectu is qui extremam Iliadis rhapsodiam composuit v. 368—369 Mercurium ad Priamum sic facit loquentem

*οὔτ' αὐτὸς νέος ἐσσί, γέρων δέ τοι οὗτος ὀπηδεῖ,*
*ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.*

Hoc loco nemo non intelligit alterum versum non a duobus membris versus antecedentis pendere, sed tantummodo a priore, posterius autem esse pro interpositione. Imitatio sponte apparet quamquam alter versus etiam in rh. *T* similiter invenitur v. 182

*οὐ μὲν γάρ τι νεμεσσητὸν βασιλῆα*
*ἄνδρ' ἀπαρέσσασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.*

V. 378 *τὸν δ' αὖτε προσέειπε διάκτορος Ἀργειφόντης* et v. 379 *ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, γέρον, κατὰ μοῖραν ἔειπες* (*A* 286, *Θ* 146, *I* 59, *K* 169, *Ψ* 626, δ 266) iterationes sunt plane legitimae.

Etiam qui sequitur versus 380

*ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον*

nihil habet offensionis. Extat in Iliade solummodo *K* 384

---

V. 366 *θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν* *K* 394, 468; infra v. 653 idem legitur.

V. 371 *φίλῳ δέ σε πατρὶ ἐΐσκω* cf. θ 159 *δαήμονι ἀνδρὶ ἐΐσκω*.

V. 372 sermonis epici est proprius.

et 405 et infra v. 656; saepissime autem in Odyssea α 169, 206, δ 486, ϑ 572, λ 140, 170, 370, 457, ω 256, 287.[1]

V. 381 hemistichio κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσϑλὰ utitur Achilles *I* 330 de praeda quam ex oppidis captis nanctus sit.

V. 382 prius hemistichium ἄνδρας ἐς ἀλλοδαποὺς legitur etiam ξ 231 (cf. quae diximus ad vv. 365 et 376), altero ἵνα περ τάδε τοι σόα μίμνῃ utitur Minerva de opibus Ulixis in antro occultandis ibidem v. 364.

V. 431 ὄφρα κεν ἐς κλισίην Πηληϊάδεω ἀφίκωμαι obversatus est poetae *Λ* 618, ut videtur,

οἱ δ' ὅτε δὴ κλισίην Νηληϊάδεω ἀφίκοντο

---

V. 385 οὐ μέν γάρ τι μάχης ἐπιδευέτ' Ἀχαιῶν
cf. *Ψ* 670 ἦ οὐχ ἅλις ὅττι μάχης ἐπιδεύομαι;

V. 386 et 389 saepius leguntur in carminibus Homericis. Idem dicendum est de vv. 405 et 410.

V. 391 μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ *H* 113, *Θ* 448.

V. 406 sq. εἰ μὲν δὴ ϑεράπων Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
εἰς, ἄγε δή μοι πᾶσαν ἀληϑείην κατάλεξον

alter versus fictus esse videtur secundum versum illum ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον. — Τοιγὰρ ἐγώ τοι, τέκνον, (μῆτερ) ἀληϑείην καταλέξω π 226, χ 420, ρ 108, 122. πᾶσαν ἀληϑείην μυϑήσομαι, ὥς με κελεύεις λ 507. ἀληϑείην κατέλεξα η 297. ὡς — ἀληϑείην ἀποείποι *Ψ* 361.

V. 413 δυωδεκάτη δέ οἱ ἠώς cf. quae dixi ad v. 31.

V. 414 sq. οὐδέ μιν εὐλαὶ Ἔσϑουσ', αἵ ῥά τε φῶτας ἀρηϊφάτους κατέδουσιν facti esse videntur ad exemplum *T* 31 μυίας, αἵ ῥά τε φῶτας ἀρηϊφάτους κατέδουσιν.

V. 419 οἷον ἐερσήεις κεῖται coll. v. 757.

V. 424 saepius.

V. 426 εἴποτ' ἔην γε *Γ* 180, τ 315.

V. 432 saepius legitur.

V. 433 οὐδέ με πείσεις extat supra v. 219 nec non alibi ap. Hom: *Λ* 132, *Z* 360, *Σ* 126, ξ 363.

V. 435 τὸν μὲν ἐγὼ δείδοικα καὶ αἰδέομαι περὶ κῆρι
cf. ρ 188 ἀλλὰ τὸν αἰδέομαι καὶ δείδια.

---

1) Similis versus τοιγὰρ ἐγώ τοι, ξεῖνε, μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω extat α 179, 214, δ 383, ξ 192, ο 266, 352, π 113, 137, ω 303. σοὶ δ' ἐγὼ εὖ μάλα πάντα καὶ ... ω 123.

idemque dicendum est de v. 448

*ἀλλ' ὅτε δὴ κλισίην Πηληϊάδεω ἀφίκοντο.*

V. 440 sqq. cum poeta componeret, duo loci Homeri sunt ei obversati, quorum unus extat in rh. *P*, alter in rh. *Γ*. Ut hic Mercurius pro Priamo, sic in libro XVII Alcimedon pro Automedonte, a quo monitus est, frena capessit. Dicit poeta *P* 481

*ὣς ἔφατ'* (sc. Autom.), *Ἀλκιμέδων δὲ βοηθόον ἅρμ' ἐπορούσας*

*καρπαλίμως μάστιγα καὶ ἡνία λάζετο χερσίν.*

Sed is qui hunc librum panxit cum totum illius rhaps. locum recipere non posset, sed alterum tantum versum integrum, loci qui legitur (v. 359) in tertio libro memor, ubi dicitur de Menelao

*ἦ, καὶ ἐπαΐξας κόρυθος λάβεν ἱπποδασείης,*

haec verba in suum usum convertit. Scripsit autem pro *ἐπαΐξας* alterum compositum, quod loci sententia flagitabat, *ἀναΐξας*; et hoc legitur in *Γ* 198 *στῆ δ' ἄρ' ἀναΐξας* ...

Ut noster poeta verbum *ἀναΐσσειν*, omnibus aliis locis ap. Hom. absolute positum, cum accusativo coniungeret '*ἀναΐξας ἐριούνιος ἅρμα καὶ ἵππους*', nulla, quantum video, alia re ductus est nisi quod etiam *P* 481 *ἅρμ' ἐπορούσας* dictum esse videbat; nec intelligo quid in structura offendat. (Moneo hoc adversus Liesegang. Duisb. Progr. 1867. p. 10.)

Ad exemplum versus rh. *P* 456 *ὣς εἰπὼν ἵπποισιν ἐνέπνευσεν μένος ἠΰ* videtur versus quoque 442

*ἐν δ' ἔπνευσ' ἵπποισι καὶ ἡμιόνοις μένος ἠΰ*

factus esse; atque tertiae rhaps. v. 265

*ἐξ ἵππων ἀποβάντες ἐπὶ χθόνα πουλυβότειραν*

respicit huius libri poeta v. 459

---

V. 443 *ἀλλ' ὅτε δὴ πύργους τε νεῶν καὶ τάφρον ἵκοντο*
cf. *Λ* 170 *ἀλλ' ὅτε δὴ Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκοντο.*

V. 445 similiter saepius: *η* 286, 289, 318, *ϑ* 445 ...

V. 450 sqq. coll. *ψ* 190 sqq. *ἀτὰρ καθύπερθεν ἔρεψαν* *Ψ'* 193 *καὶ εὖ καθύπερθεν ἔρεψα.* De aliis rebus quae in hunc locum cadunt alio loco disputabimus.

*ἐξ ἵππων ἀποβάντες ἐπὶ χθόνα φώνησέν τε;*
nec non v. 463 cum faceret
*οὐδ' Ἀχιλῆος Ὀφθαλμοὺς εἴσειμι· νεμεσσητὸν δέ κεν εἴη....*
eiusdem rhaps. recordatus est, quod qui v. 410 contulerit
*κεῖσε δ' ἐγὼν οὐκ εἶμι — νεμεσσητὸν δέ κεν εἴη —*
certe non negabit. Sane offendit paullum (ut vidit iam Liesegang p. 11) quod noster poeta ab usu Homeri, qui ubique (*Γ* 410, *Ξ* 335, *χ* 488) altero hemistichio utitur pro interpositione, hoc loco recessit; sed novus usus ferri potest, ita ut versum sequentem obelo notare plane non opus sit.

Rhaps. *Γ* 395
*ὣς φάτο, τῇ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινεν*
(vel *P* 123 *ὣς ἔφατ' Αἴαντι δὲ δαΐφρονι θυμὸν ὄρινεν*)
potest etiam obversata esse poetae v. 467
*λίσσεο καὶ τέκεος, ἵνα οἱ σὺν θυμὸν ὀρίνῃς.*[1]

*Γ* 398 dicitur de Helena propter repentinum Veneris adventum obstupescente
*θάμβησέν τ' ἄρ' ἔπειτα ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν;*
hic v. 483
*ὣς Ἀχιλεὺς θάμβησεν ἰδὼν Πριάμον θεοειδέα.*
Versus qui sequitur
*θάμβησαν δὲ καὶ ἄλλοι, ἐς ἀλλήλους δὲ ἴδοντο,*
ut Liesegangio p. 13, mihi quoque non satis apte dictus esse videtur. ‚Quinam sunt hi alii? Automedon et Alcimus? ceteri ministri? quos satis otiose nihil agentes finxit poeta.' Credo toto versu plane nos posse super-

---

V. 468 saepius legitur ap. Hom.

V. 473 *τῷ δὲ δύ' οἴω* praeterea tantum extat *ξ* 94. Conf. Ellendt. p. 19.

V. 476 *ἔσθων καὶ πίνων* initio versus *κ* 272, *υ* 337.

V. 482 hemistichium alterum *θάμβος δ' ἔχει* (*δ' ἔχεν*) *εἰςορόωντας* legimus etiam *Γ* 342 et *Δ* 79. Cf. quod saepius dicitur ‚*σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα*'.

---

1) Praepos. *σὺν* hoc loco non satis aptam esse vidit Ellendt. p. 109; cf. contra *Δ* 792 sq. et *O* 403 sq. *τίς δ' οἶδ' εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίναις Παρειπών;*

sedere; est profectus a manu rhapsodi qui hoc loco Automedontem et Alcimum silentio praetermitti mirabatur. Sed satis constat homines in carminibus epicis negligi ubi poetae iis non amplius opus est.

Repetitio verbi *θάμβησαν* non placet; atque ad alterum versus hemistichium faciendum adhibuit rhapsodus locum ex σ 320 *ὣς ἔφαθ', αἱ δ' ἐγέλασσαν, ἐς δ' ἀλλήλας δὲ ἴδοντο.* — Exemto autem v. 484 etiam v. 485 melius se applicat.

V. 486—489, quibus utitur Priamus ad Achillis animum mitigandum

*Μνῆσαι πατρὸς σοῖο, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ,*
*τηλίκου ὥσπερ ἐγών, ὀλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ.*
*Καὶ μέν που κεῖνον περιναιέται ἀμφὶς ἐόντες*
*τείρουσ', οὐδέ τίς ἐστιν ἀρὴν καὶ λοιγὸν ἀμῦναι —*

haud pauca habent quae aliorum locorum, maxime rh. I, ubi Phoenix Achillem precibus adit, moneant. Dicit ille v. 494 seq.

*ἀλλὰ σὲ παῖδα, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ,*
*ποιεύμην, ἵνα μοί ποτ' ἀεικέα λοιγὸν ἀμύνῃς.*

Utroque loco pergitur particula *ἀλλά*.

‚*Ἀρὴν ἀμῦναι*' legitur *M* 334, *Π* 512, χ 208:

*τὴν (Ἀθήνην) δ' Ὀδυσεὺς γήθησεν ἰδὼν καὶ μῦθον ἔειπεν*
*Μέντορ, ἄμυνον ἀρήν, μνῆσαι δ' ἑτάροιο φίλοιο.*

Hoc rhaps. *Ω* loco duas verborum iuncturas poeta consociavit.

Versu autem 488

*καὶ μέν που κεῖνον περιναιέται ἀμφὶς ἐόντες*
*τείρουσ'*

in mentem venisse poetae videtur β 65, ubi dicit Telemachus ad procos superbos

*ἄλλους τ' αἰδέσθητε περικτίονας ἀνθρώπους*
*οἳ περιναιετάουσι,*

---

V. 491 *ἤματα πάντα* saepissime: *M* 133, *N* 826, *T* 226, *Ψ* 594, β 55, 205, δ 209, 592 ...

quo loco verbum quoque ‚τείρεσθ' legitur v. 71. — Ex ‚οἳ περιναιετάουσι' finxit, ut Ellendt. iam vidit p. 32, noster poeta vocem solit. περιναιέτης.

V. 499 et 500

ὃς δέ μοι οἶος ἔην, εἴρυτο δὲ ἄστυ καὶ αὐτούς,
τὸν σὺ πρώην κτεῖνας ἀμυνόμενον περὶ πάτρης,
Ἕκτορα

huius libri poeta mihi quidem celeberrimos duos Iliadis locos ante oculos habuisse videtur, unum rhaps. *Z* v. 403, ubi nomen Astyanactis explicatur:

(Ἀστύανακτ') οἶος γὰρ ἐρύετο Ἴλιον Ἕκτωρ,

(hic sane multo melius intelligitur illud οἶος quam in *Ω*),[1] — alterum rhaps. *M* v. 243, ubi idem Hector, de quo hic sermo est, affatur Polydamantem:

εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Locus ex *M* aptissime poetae hic venit in mentem.

Versu 501 sq. τοῦ νῦν εἵνεχ' ἱκάνω νῆας Ἀχαιῶν,
λυσόμενος παρὰ σεῖο, φέρω δ' ἀπερείσι' ἄποινα
monent, sicut omnia quae ad Hectoris redemptionem pertinent, de prima rhaps., ubi Chryses ad idem aggreditur negotium. Dicitur illic v. 12

---

V. 492 ἀπὸ Τροίηθε μόλοντα. Similiter ι 38 ἀπὸ Τροίηθεν ἰόντι. Legitur sexies in Odyss. Τροίηθεν, nusquam Τροίηθε. Cf. Ellendt. p. 19.

V. 494 Τροίῃ ἐν εὐρείῃ initio versus α 62, δ 99.

V. 498 τῶν μὲν πολλῶν θοῦρος Ἄρης ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν cf. *E* 176, *Π* 425 κακὰ πολλὰ ἔοργεν
Τρῶας, ἐπεὶ πολλῶν τε καὶ ἐσθλῶν γούνατ' ἔλυσεν,
ξ 69 ἀνδρῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν.

V. 503 ἀλλ' αἰδεῖο θεούς, Ἀχιλεῦ, αὐτόν τ' ἐλέησον similis est verbis Hectoris in X 123
μή μιν ἐγὼ μὲν ἵκωμαι ἰών, ὁ δέ μ' οὐκ ἐλεήσει
οὐδέ τί μ' αἰδέσεται.

V. 505 alterum hemistich. est propr. ep. poeseos.

---

1) Scholia hic explicant οἶος πρὸς τὸ σώζειν. Sed haec explicatio, quam Duentzerus quoque sequitur p. 409, in hunc locum non satis quadrare videtur. Vertendum est potius cum Liesegangio ‚qui mihi unus maxime dilectus erat'.

ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν
λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα.

Cum v. 513
αὐτὰρ ἐπεί ῥα γόοιο τετάρπετο δῖος Ἀχιλλεὺς
conferendus est v. 10 rhaps. Ψ, ubi dicit Achilles ad Myrmidones
αὐτὰρ ἐπεί κ' ὀλοοῖο τεταρπώμεσθα γόοιο.

Ex antecedente rhaps. (v. 74) translatus est versus quoque 516
οἰκτείρων πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον,
ubi idem Priamus verba facit.

V. 524 seq.
οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο
duo Odysseae loci ob animum poetae videntur versati esse. Et alter quidem locus extat κ 202; ibi dicit Ulixes lacrimasse ipsum et amicos, simul recordati sint malorum quae apud Laestrygones et Cyclopem sint perpessi. Sed pergit
ἀλλ' οὐ γάρ τις πρῆξις ἐγίγνετο μυρομένοισιν.

---

V. 506 ‚ποτὶ στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι' medium ὀρέγεσθαι idem significat quod alibi semper activum ὀρέγειν; medium enim est nihil aliud nisi ‚sese expandere'. Χεῖρ' videtur esse numerus dualis (vel, si cui magis placet, accusat. sing.), minime dativus sing. (pro χειρί), quod nonnulli voluerunt. Fortasse recordabatur poeta loci Od. μ 257: χεῖρας ἐμοὶ ὀρέγοντας. — Ceterum cf. Ellendt. p. 23.

V. 507 saepius.

V. 514 est subditicius.

Ut hic v. 515 Achilles, ubi Priamum conspexit,
αὐτίκ' ἀπὸ θρόνου ὦρτο, γέροντα δὲ χειρὸς ἀνίστη —
sic de Nestore Λ 645, quem adit Patroclus, dicitur:
τὸν δὲ ἰδὼν ὁ γέραιὸς ἀπὸ θρόνου ὦρτο φαεινοῦ,
ἐς δ' ἄγε χειρὸς ἑλών, κατὰ δ' ἑδριάασθαι ἄνωγεν.
In nostra rhaps. offendit paullum brevitas structurae ‚γέροντα δὲ χειρὸς ἀνίστη'.

V. 517 ep. serm. propr. est.

V. 518 initio ἆ δειλ', ἦ δὴ πολλὰ confer Λ 441 ἆ δειλ', ἦ μάλα δή . . .

V. 519—521 = 203—205. V. 523 ἀχνύμενοί περ saepe.

Memorabile est nusquam in Iliade nisi hoc loco inveniri subst. *πρῆξις* atque etiam in Odyss. alibi idem esse ac ‚negotium'. (Hoc commemorat Faesi prooem. Od. p. XV.) Contra plane eadem significatione, qua hic iunctura verborum ‚*πρῆξις πέλεται*', in Odyss. ‚*πρῆξις γίγνεται*', i. e. ‚proficitur', usurpatur infra v. 550 verbum *πρήσσειν*: *οὐ γάρ τι πρήξεις ἀκαχήμενος*.

Alter locus, qui potest nostro poetae in mentem venisse legitur *δ* 103; dicit Menelaus malis suis relatis in eandem sententiam: *αἰψηρὸς δὲ κόρος κρυεροῖο γόοιο.*

V. 525 *ὣς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσιν*

prius hemistichium legimus initio Od. *α* 17 de Ulixe

*τῷ οἱ ἐπεκλώσαντο θεοὶ (οἶκόνδε νέεσθαι),*

alterum saepius in carminibus Homericis.[1]

V, 534 sqq. poetam rhaps. *Σ* ante oculos habuisse certo credo. Postquam enim Achillem loquentem fecit: duo dolia posita esse in Iovis limite alterum bonorum plenum, alterum malorum; ex quibus cui deus promiscue daret, eum modo rebus adversis uti, modo secundis, cui vero nonnisi mala tribueret, eum et dis et hominibus invisum agitari per terram, pergit v. 536

*ὣς μὲν καὶ Πηλῆϊ θεοὶ δόσαν ἀγλαὰ δῶρα*
*ἐκ γενετῆς· πάντας γὰρ ἐπ' ἀνθρώπους ἐκέκαστο*
*ὄλβῳ τε πλούτῳ τε, ἄνασσε δὲ Μυρμιδόνεσσιν,*
*καὶ οἱ θνητῷ ἐόντι θεὰν ποίησαν ἄκοιτιν.*

---

V. 527 initio *δοιοὶ γάρ τε πίθοι*, cum Liesegang. opinatur poetae Od. illum locum, ubi de duabus somniorum portis agitur: *δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσιν ὀνείρων* in mentem venisse, ego quidem nescio ob levitatem similitudinis num viro docto assentiar.

---

1) In eo quod *ἐπεκλώσαντο* hic absolute, quod aiunt, dictum sit offendisse (atque hoc quidem recte) videtur Ellendt. p. 22: ‚In *ἐπικλῶσαι* und *ἐπικλώσασθαι* wird sich schwer ein Unterschied nachweisen lassen, wenn es z. B. heisst *γ* 208 *ἀλλ' οὔ μοι τοιοῦτον ἐπέκλωσαν θεοὶ ὄλβον*. *δ* 208 *ᾧτε Κρονίων — ὄλβον ἐπικλώσῃ*, dagegen *θ* 579 *τὸν δὲ θεοὶ μὲν τεῦξαν, ἐπεκλώσαντο δ' ὄλεθρον* (vgl. *Ω* 525!).' —

Atque in primum quidem versum iam occurrimus, ubi de v. 243 sqq. disputavimus, ut hoc loco plura addere nolimus; altero autem versu commemorari debet ἐκ γενετῆς nusquam sic adhiberi ap. Hom. nisi in Od. σ 6 (h. Merc. 440), deinde verbum καίνυσθαι nusquam strui cum praep. ἐπὶ et accus. nisi ω 508. Versus autem sequens uno tantum verbo mutato, ex rh. Π 596 petitus est. Dicitur illic de Bathycle, qui a Glauco occiditur,

ὄλβῳ τε πλούτῳ τε μετέπρεπε Μυρμιδόνεσσιν.

Verbo autem μετέπρεπε in ἄνασσε δὲ mutato — nempe de rege Myrmidonum hoc loco agebatur — aliud vocabulum, cui praestandi vis suberat, erat substituendum; usurpavit igitur poeta ἐκέκαστο, quod saepius finem versus obtinere bene recordabatur.[1]

Deinde in Σ v. 86, ubi legitur etiam v. 536, optat idem Achilles

αἴθ' ὄφελες σὺ μὲν αὖθι μετ' ἀθανάτῃς ἁλίῃσιν
ναίειν, Πηλεὺς δὲ θνητὴν ἀγαγέσθαι ἄκοιτιν,

quorum alterum versum huius libri poeta memoria tenuit.

Deinde cum v. 540 altero hemistichio conferas Σ 99

——— ἐπεὶ μάλα τηλόθι πάτρης.

Sed maxime offendit versus 542

ἧμαι ἐνὶ Τροίῃ, σέ τε κήδων ἠδὲ σὰ τέκνα,

quem factum esse a poeta notissimo (cf. Plat. apol. c. 16) rhaps. Σ versu respecto, quo queritur Achilles

ἀλλ' ἧμαι παρὰ νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης

mihi videtur certissimum. Et tamen utro loco illud ἧμαι aptius sit non difficile est intellectu.

V. 555 λῦσον, ἵν' ὀφθαλμοῖσιν ἴδω· σὺ δὲ δέξαι ἄποινα

---

1) Ε 54 οὐδὲ ἑκηβολίαι, ᾗσιν τὸ πρίν γ' ἐκέκαστο.

Ν 431 πᾶσαν γὰρ ὁμηλικίην ἐκέκαστο κάλλεϊ καὶ ἔργοισιν ἰδὲ φρεσί.

Π 808 sq. Πανθοΐδης Εὔφορβος, ὃς ἡλικίην ἐκέκαστο ἔγχεΐ θ' ἱπποσύνῃ τε, πόδεσσί τε καρπαλίμοισιν.

Ψ 289 Ἀδμήτου φίλος υἱός, ὃς ἱπποσύνῃ ἐκέκαστο.

ι 509 Τήλεμος Εὐρυμίδης, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο.

monet de prima rhaps. v. 95

*οὐδ' ἀπέλυσε θύγατρα καὶ οὐκ ἀπεδέξατ' ἄποινα.*

Cf. v. 501. — In eodem libro leguntur nonnulla verba ibi aptissima (v. 32), quibus Agamemnon iratus Chrysem repulsurus orationem finit:

*ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι.*

Et haec verba nostro poetae obversata sunt v. 560: *μηκέτι νῦν μ' ἐρέθιζε, γέρον.* Et recte quidem Geppert. et Liesegang. hoc loco Achillis acerbitatem mirati sunt; sed vocem ex *A* sumtam esse non viderunt.

Quemadmodum autem Homerus in prima rhaps. pergit v. 33

*ὣς ἔφατ', ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων καὶ ἐπείθετο μύθῳ*

(i. e. illic decessit a navibus Achivorum), sic eundem versum noster quoque poeta adhibuit v. 571; et hic versus hoc loco minus quadrat. — Ex eadem rhaps. (v. 556) etiam v. 562 ‚*θυγάτηρ ἁλίοιο γέροντος*' — ita enim Iuno ibi appellat matrem Achillis — depromptus est.

---

V. 544 *ὅσσον Λέσβος ἄνω, Μάκαρος ἕδος, ἐντὸς ἐέργει* simil. bis legitur: *Σ* 512

*κτῆσιν ὅσην πτολίεθρον ἐπήρατον ἐντὸς ἐέργει*

et *B* 845 *ὅσσους Ἑλλήσποντος* (cf. v. 545) *ἀγάρροος ἐντὸς ἐέργει.*

Lesbus sedes Macaris nominatur etiam h. Ap. 37: *Ἴμβρος ἐϋκτιμένη καὶ Λῆμνος ἀμιχθαλόεσσα* (cf. v. 753) *Λέσβος τ' ἠγαθέη, Μάκαρος ἕδος, Αἰολίωνος.*

Cum v. 546 *τῶν σε, γέρον, πλούτῳ τε καὶ υἱάσι φασὶ κεκάσθαι* cf. in *ξ* v. 205, quo loco narrat Ulixes de Castore, quem patrem suum esse simulat:

*τότ' ἐνὶ Κρήτεσσι, θεὸς ὥς, τίετο δήμῳ*
*ὄλβῳ τε πλούτῳ τε καὶ υἱάσι κυδαλίμοισιν.*

V. 547 *πῆμα τόδ' ἤγαγον Οὐρανίωνες.* Similiter *ρ* 446 *τίς δαίμων τόδε πῆμα προσήγαγε.*

V. 550 cf. v. 524. — V. 552 serm. ep. propr. est.

[V. 556—558 sunt spurii.]

V. 559 saepe invenitur ap. Hom.

V. 561 *Διόθεν δέ μοι ἄγγελος ἦλθεν* cf. ad v. 194.

V. 565 sqq.

*οὐ γάρ κε τλαίη βροτὸς ἐλθέμεν, οὐδὲ μάλ' ἡβῶν*
*ἐς στρατόν. οὐδὲ γὰρ ἂν φυλάκους λάθοι, οὐδέ κ' ὀχῆα*
*ῥεῖα μετοχλίσσειε θυράων ἡμετεράων*

ad exemplum facti sunt v. 186 sq. in ψ

*ἀνδρῶν δ' οὔ κέν τις ζωὸς βροτός, οὐδὲ μάλ ἡβῶν*
*ῥεῖα μετοχλίσσειε.*

*Οὐδὲ μάλ' ἡβῶν* aptius esse in ψ recte contendit Liesegang.

V. 568

*τῷ νῦν μή μοι μᾶλλον ἐν ἄλγεσι θυμὸν ὀρίνῃς*

offendit ‚ἐν ἄλγεσι'. Consociavit hoc loco poeta, ut saepius, duas iuncturas Homericas; altera ‚θυμὸν ὀρίνειν', maxime coniuncta cum ‚ἐν στήθεσσι', saepius ap. Homerum invenitur (Α 208, Β 142, Γ 395, δ 365, σ 150), altera legitur

---

V. 563 *οὐδέ με λήθεις* vel *οὐδέ σε λήθω* (Κ 279, Ψ 648) vel *οὔτι με λήθεις* (τ 91) vel *οὐδέ ἑ λήθει* (Ψ 323) vel simile quid saepius deprehenditur fine hexametri.

V. 564 *θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν* epici sermonis proprius est: Α 12, Β 17, 18, Ζ 52, Κ 450 saepius.

V. 566, qui duobus versibus ex Odysseae loco petitis insertus est, ‚*οὐδὲ γὰρ ἂν φυλάκους λάθοι*' conferas cum Ι 477 ‚*λαθὼν φύλακάς τ' ἄνδρας*.' Notandus est hoc loco metaplasmus ‚*φυλάκους*'. Conf. quae diximus supra ad *χέρνιβον* p. 23.

V. 573 *οὐκ οἶος, ἅμα τῷγε δύω θεράποντες ἕποντο* similiter saepius legitur: Β 822, β 11.

(V. 574—577 is qui Odysseae finem composuit imitatus est v. 78—79.)

V. 577 *τοῖο γέροντος*, in quo offendebat Ellendt. p. 97, saepius finem tenet hexametri: Ι 469, Ν 620, Ω 164, δ 410, ω 387. Similis ratio cadit in *τοῖο ἄνακτος* γ 388 et *τοῖο θεοῖο* φ 258.

V. 579 *ἀπερείσι' ἄποινα* saepius legimus.

V. 585 *μὴ — Ἀχιλῆϊ δ' ὀρινθείη φίλον ἦτορ* monemur paullum de ρ 47, ubi dicit Telemachus ad matrem *μηδέ μοι ἦτορ ἐν στήθεσσιν ὄρινεν*. Ibidem (v. 62) extant v. 573 simillima verba.

V. 586 *Διὸς δ' ἀλίτηται ἐφετμάς* cf. v. 570.

V. 592 — *σκυδμαινέμεν, αἴ κε πύθηαι* cf. φ 293 — *ὑποθησόμεθ', αἴ κε πίθηαι*. Vide Ellendt. p. 51.

V. 597 *ἕζετο δ' ἐν κλισμῷ* δ 136. Coll. v. 515.

nonnisi φ 88: κεῖται ἐν ἄλγεσι θυμός; hinc sumpsit ‚ἐν ἄλγεσι'.

Loci qui sequitur multae iterationes tales esse videntur ut poetae notissimum Odysseae locum, qui legitur in rhaps. δ, ob oculos versatum fuisse sine dubio liceat contendere. Sed primus versus quem inde sumpsit iam antea legimus v. 507; ibi enim Priamus, ut durum Achillis animum mitiget, prius de ipsius patre commonefacit, atque oratione finita eius initium respiciens dicit poeta

ὣς φάτο, τῷ δ' ἄρα πατρὸς ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο.

Certe ferri potest iteratio; sed nonne aptior est idem versus in Odyssea, rhaps. δ 113, ubi Menelaus tota oratione id unum spectat, ut Ulixem, Telemachi patrem, quanto amore amplexus sit, significet? Uter locus, quaeso, imitationis vestigia videtur prae se ferre?

In eadem Odysseae rhapsodia de Telemacho et Pisistrato, ubi ad Menelaum perveniunt, v. 49 sq. hi versus leguntur

τοὺς δ' ἐπεὶ οὖν δμωαὶ λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ
ἀμφὶ ἄρα χλαίνας οὔλας βάλον ἠδὲ χιτῶνας.

Etiam haec verba huius rhapsodiae poeta in suum usum convertit, ubi de corpore Hectoris lavando et vestiendo agitur, quamquam illic de vivis, hic de mortuo agitur. Sed repetitio ferri potest. Mutavit autem poeta quae mutanda erant. Dicit enim v. 587—588

τὸν δ' ἐπεὶ οὖν δμωαὶ λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ,
ἀμφὶ δέ μιν φᾶρος καλὸν βάλον ἠδὲ χιτῶνα.

V. 601 sq. Achilles, ut Priamum ad cibum sumendum moveat, narrat de Nioba illam fabulam,

τῇ περ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο,
ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἡβώοντες.

Annotat hic schol: ‚ὅτι οἱ νεώτεροι διαφωνοῦσι περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν Νιόβης παίδων· οἱ μὲν γὰρ δεκατέσσαρας, οἱ δὲ εἴκοσι τοὺς Νιοβίδας λέγουσιν'. Cadit eadem ratio in Herculis labores; etenim eum duodecim perfecisse non statim

ab initio constabat. Num eo tempore quo noster poeta vixit plerique putarint duodecim fuisse Niobidas an plus, nemo scire potest; illud autem sine dubio contendam obversatum fuisse hoc loco poetae ex decima Odysseae rhaps. v. 5 sq.

*τοῦ καὶ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροις γεγάασιν,*
*ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἡβώοντες.*

Et veterum (Aristarchi) et recentiorum (Duentzeri et Koechlyi) atheteses hoc loco factas omitto.

Versus 623 — 624

*μίστυλλόν τ' ἄρ' ἐπισταμένως πεῖράν τ' ὀβελοῖσιν,*
*ὤπτησάν τε περιφραδέως ἐρύσαντό τε πάντα*

aut plane eodem modo aut pro sententia loci mutati haud raro leguntur. Velut eos ad verbum invenias in *H* v. 317, ubi etiam qui antecedit versus similiter extat. Mutatum est alterum hemistichium posterioris versus *τ* 422 in ‚*δάσσαντό τε μοίρας*'. Atque etiam prior versus paullum mutari solet, si res ita fert, ut *A* 465, *B* 428, *γ* 462, *μ* 365, *ξ* 430 reperitur

*μίστυλλόν τ' ἄρα τ' ἀλλὰ καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν,*
vel *I* 210 *καὶ τὰ μὲν εὖ μίστυλλε καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειρεν,*
vel *ξ* 75 *εὗσέ τε μίστυλλέν τε καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειρεν.*

Neque opus est ut duo versus illi semper coniungantur; sed pro sententia alter aut simili potest cedere (velut *γ* 462), aut omnino deesse (velut *μ* 365). Tales versus sine dubio in copia verborum sermonis epici satis antiqua ponendi sunt.

Contra qui sequuntur versus 625 et 626

*Αὐτομέδων δ' ἄρα σῖτον ἑλὼν ἐπένειμε τραπέζῃ*
*καλοῖς ἐν κανέοισιν· ἀτὰρ κρέα νεῖμεν Ἀχιλλεὺς*

---

V. 615 *ἐν Σιπύλῳ, ὅθι φασὶ θεάων ἔμμεναι εὐνὰς Νυμφάων* simillimus est v. 783, rh. *B*
*ἐν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.*

V. 621 *ἦ καὶ ἀναΐξας* cf. v. 440.

mihi quidem videntur ad nonae Iliadis rhapsodiae versus 216 et 217 referendi esse; etenim quod hic Automedonti, illic Patroclo tunc superstiti tribuitur, neque alibi similes versus reperiuntur.[1]

Versuum 627 — 628

*οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον·*
*αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο*

coniunctio in Iliade duobus tantum locis legitur, in eadem rhaps. nona v. 91 — 92 et v. 221 — 222; saepissime in Odyssea *α* 149, *δ* 67, *ε* 200, *ϑ* 71, 484, *ξ* 453, *ο* 122, *π* 54. Nempe in Iliade locis citatis exceptis prior versus omnino desideratur, posterior autem haud raro invenitur, velut *Α* 469, *Β* 432, *Η* 323, *Ψ* 57. Sic magis probabile fit hoc loco a nostro poeta nonae rhapsodiae habitum esse respectum.

V. 633 *αὐτὰρ ἐπεὶ τάρπησαν ἐς ἀλλήλους ὁρόωντες*

factus esse videtur ad exemplum rhaps. *δ*, v. 47 (*ε* 201, *κ* 181)

*αὐτὰρ ἐπεὶ τάρπησαν ὁρώμενοι ὀφθαλμοῖσιν.*

Nimirum saepius poetae nostro quarta Odysseae rhapsodia obversata est.[2]

V. 634 saepius legitur.

---

1) Mactatur hoc loco ovis, in *Ι* oves, boves, sues. Miratur Friedlaenderus in Philol. t. VI p. 252 et ‚zwei hom. Wörterverz.' L. 1861 p. 780 quod ibi etiam sues mactentur dicens: Hier sind die gehauenen stücke von schaf, ziege und schwein, da doch der in der Odyss. so haeufige genuss der beiden letzten thiere in der Ilias sonst nirgend erwaehnt wird (ausgen. in eben diesem gesange der der schweine *Ι* 467). Sed haec observatio viri docti falsa est: non solum in *Ι* 468 legitur *πολλοὶ δὲ σύες θαλέθοντες ἀλοιφῇ Εὑόμενοι τανύοντο* et antea v. 207 *ἐν δ' ἄρα — ἔθηκ' — συὸς σιάλοιο ῥάχιν τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ*, sed etiam in *Ψ* 31 sqq. de subus mactatis frixisque comperimus: *πολλοὶ δ' ἀργιόδοντες ὕες, θαλέθοντες ἀλοιφῇ Εὑόμενοι κτλ.* Possit forsitan quispiam concludere ex his locis Myrmidones maxime suum carne delectatos esse; sed mihi casu factum esse videtur ut non amplius his locis suum fiat mentio.

2) Diversas Gepperti (‚Was sie nach dem Abendessen thun ist sehr sonderbar, sie sehen eine ganze Zeit einander an') et Duentzeri

V. 635 — 636. ὄρφα κεν ἤδη
ὕπνῳ ὑπὸ γλυκερῷ ταρπώμεθα κοιμηθέντες
extant in eadem rhaps. δ 294 — 295; nam sicuti hic Priamus Achillem, ita illic Telemachus Menelaum monet iam dormiendi tempus adesse. Ceterum eadem verba leguntur etiam in rhaps. ψ, v. 254, ubi sunt Ulixis Penelopen adhortantis ut secum cubitum eat.

In componendis versibus 643 — 648 et 673 — 676 tres locos poeta huius libri ante oculos habuisse videtur, ex quibus hunc locum quasi conglutinavit. Atque unus quidem est nonae Iliadis rhapsodiae, cuius etiam saepius respectum esse habitum supra iam vidimus, quoniam, sicuti hic Priamus, illic Phoenix Achillem adit; duo Odysseae, quorum alter extat in rhaps. η, alter in rhaps. δ, unde etiam alios versus repetitos esse iam demonstravimus. Ut enim hic de Achille dicitur

Ἦ ῥ', Ἀχιλεὺς δ' ἑτάροισιν ἰδὲ δμωῇσιν κέλευσεν et quae seqq.,

sic illic de Patroclo

Πάτροκλος δ' ἑτάροισιν ἰδὲ δμωῇσιν κέλευσεν.

Versus qui sequuntur usque ad v. 647 leguntur etiam in Odyssea rhaps. δ, v. 297 — 300; nec non inveniuntur eo loco quo Arete famulas Ulixi jubet lectulum parare; quin etiam versus 648

---

V. 634 saepius legitur.

V. 638 ἐξ οὗ σῆς ὑπὸ χερσὶν ἐμὸς παῖς ὤλεσε θυμὸν cf. P 516 αὐτὸς δ' ὤλεσε θυμὸν ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο.

V. 640 αὐλῆς ἐν χόρτοισιν Λ 774 αὐλῆς ἐν χόρτῳ.

V. 647 (724) μετὰ χερσὶν ἔχουσαν Λ 4.

V. 649 τὸν δ' ἐπικερτομέων προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς cf. Π 744, χ 194.

---

(Als Priamos und Achilleus das Mahl beendigt haben, da staunen sie sich einander an. Bisher waren beide vom Schmerze und mannigfachen Leidenschaften so bewegt, dass kein ruhiger Anblick möglich war: jetzt aber, wo sie beruhigt sind, staunen sie einander an, indem sie gegenseitig ihre göttergleiche Gestalt bewundern) sententias recensuit Liesegang. p. 18.

αἶψα δ' ἄρα στόρεσαν δοιὼ λέχε' ἐγκονέουσαι,
qui in δ non usu venit, in rhaps. η non desideratur, ut appareat eum hinc petitum esse. Etiam versus 672 et sqq. ex duobus locis conexos esse facili negotio intelligitur; etenim duo versus priores

οἱ μὲν ἄρ' ἐν προδόμῳ δόμου αὐτόθι κοιμήσαντο
κῆρυξ καὶ Πρίαμος, πυκινὰ φρεσὶ μήδε' ἔχοντες

referendi sunt ad rhaps. δ, v. 302 et sq., atque versui quidem 303 illic respondet

Τηλέμαχός θ' ἥρως καὶ Νέστορος ἀγλαὸς υἱός;

posteriores autem versus

αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς εὗδε μυχῷ κλισίης εὐπήκτου·
τῷ δὲ Βρισηῒς παρελέξατο καλλιπάρηος

sententia quidem cum iis qui in quarto libro Odysseae sequuntur conspirant,[1] verba potius ad nonam Iliadis rhapsodiam v. 663 sqq.

αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς εὗδε μυχῷ κλισίης εὐπήκτου·
τῷ δ' ἄρα παρκατέλεκτο γυνή, τὴν Λεσβόθεν ἦγεν,
Φόρβαντος θυγάτηρ, Διομήδη καλλιπάρηος

sunt referenda.

Etiam versibus seqq.

ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ
εὗδον παννύχιοι, μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ

---

V. 650 sq. μήτις Ἀχαιῶν Ἐνθάδ' ἐπέλθῃσιν βουληφόρος, οἵτε μοι αἰεὶ Βουλὰς βουλεύουσι cf. K 414 sq. Ἕκτωρ μὲν μετὰ τοῖσιν, ὅσοι βουληφόροι εἰσὶν Βουλὰς βουλεύει.

V. 653 = 366. — Alterum hemist. θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν extat etiam K 394.

V. 656 = 380. — V. 659 saepius legitur.

V. 666 epici sermonis est propr.

V. 671 ὥς ἄρα φωνήσας ἐπὶ καρπῷ χεῖρα γέροντος Ἔλλαβε δεξιτερὴν cf. σ 258 δεξιτερὴν ἐπὶ καρπῷ ἑλὼν ἐμὲ χεῖρα προσηύδα.

---

1) δ 304 sq. Ἀτρεΐδης δὲ καθεῦδε μυχῷ δόμου ὑψηλοῖο,
πὰρ δ' Ἑλένη τανύπεπλος ἐλέξατο δῖα γυναικῶν.

imitatio perspicua est; obversatum enim est poetae alterius Iliadis rhapsodiae initium. Ac prior quidem versus ibi ad verbum legitur; posterioris vero alterum hemistichium ‚Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος' in hunc locum parum quadrabat. Sed quoniam lacuna iis verbis omissis exoriebatur, poeta verborum iuncturam in textum recepit ‚μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ,'[1] quae legitur *K* 2 et *ο* 6.

Ex secunda Iliadis rhapsodia etiam sequens, qui iteratus est, versus (682) est repetitus

στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν;

quod illic de specie nocturna a Iove Agamemnoni missa dictum est, id hoc loco ad Mercurium Priamum e somno suscitantem relatum esse videmus.

V. 692—693

ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἷξον ἐϋρρεῖος ποτάμοιο
Ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς

bis praeterea leguntur in rhaps. *Φ* 1—2 et *Ξ* 433 sq.

V. 694 Ἑρμείας μὲν ἔπειτ' ἀπέβη πρὸς μακρὸν Ὄλυμπον legitur etiam in Odyssea *κ* 307. Iteratio legitima est. Nec magis offendo in versu 695

Ἠὼς δὲ κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν,

qui deprehenditur etiam *Θ* 1.

V. 699 alterum hemistichium ‚ἰκέλη χρυσέῃ Ἀφροδίτῃ' fortasse aptius in rhaps. *Τ* 282 de Briseide usurpatur quam hic de Cassandra.

V. 686 καὶ τρὶς τόσα δοῖεν ἄποινα. *Α* 213 καὶ ποτέ τοι τρὶς τόσσα παρέσσεται ἀγλαὰ δῶρα.

V. 691 ὣς ἔφατ', ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων, κήρυκα δ' ἀνίστη cf. vv. 515 et 571.

V. 698 ἔγνω πρόσθ' ἀνδρῶν καλλιζώνων τε γυναικῶν cf. *ψ* 147 ἀνδρῶν παιζόντων καλλιζώνων τε γυναικῶν. *Π* 139 ἄνδρες κίκλησκον καλλίζωνοί τε γυναῖκες.

V. 703 vide infra. — V. 724 cf. v. 647.

1) Ceterum sensum hemistichii omissi continet v. 679, qui subsequitur

ἀλλ' οὐχ Ἑρμείαν ἐριούνιον ὕπνος ἔμαρπτεν.

Versus 713 καὶ νύ κε δὴ πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα similiter in primo libro v. 601, modo illic initium est versus ὣς τότε μὲν —.

Totus huius rhapsodiae finis, quo et lamentationes funebres et Hectoris sepultura continentur, haud dubie compositus est et priorum Hectoris naeniarum et sepulturae Patrocli habito respectu. Quare non mirum est quod maior pars versuum iteratorum ex rhapsodiis *X* et *Ψ* repetita est; tamen occasione oblata etiam versus ex aliis libris petiti immisti sunt. Minime vero credi debet huius libri poetam in hac carminis parte non praestitisse ingenio; immo plerasque sententias ipse poeta invenit apteque eas versibus persecutus est; in quibus fingendis, vel prudens vel imprudens, summam artem mihi videtur prae se tulisse: s u n t  e n i m  n a e n i a e  i n  m o d u m  s t r o p h a r u m  c o m p o s i t a e.[1]

---

1) Liceat nobis naeniarum structuram qualis sit hoc loco explicare.

**I. Naenia Andromaches** v. 725 seqq.

Conqueritur

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ἀρχή. 6 | 3 | sortem suam ipsius, | 1 |
| | | Astyanactis | 2 |
| | 3 | urbis, | 1 |
| | | Hectoris tutela carentis. | 2 |

Agit

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Ὄμφαλος. 9 | 5 | de mulieribus liberisque, | | 1½ |
| | | de Astyanacte, cui destinatum sit, | ut aut ipsam sequatur | 2 |
| | | | aut Troiae de turri deiectus diem supr. obeat. | 1½ |
| | | Nimirum ulturos esse victores | | |
| | 4 | Hectorem, | qui propinquos eorum necaverit, | 1½ |
| | | | omninoque multos Achivos Orco demiserit. | 1½ |
| | | Minime enim mitem se praebuisse in proelio. | | 1 |

(Hoc loco gravi interpunctione opus est, velut infra v. 756 et v. 771.)

Andromachen ubi lamentantem facit respicit poeta eiusdem naeniam quam in rhaps. *X* legimus v. 476 sqq., quod ex versibus nonnullis inde petitis satis cognoscitur. Versus enim 725 et seqq:

*Ἄνερ, ἀπ' αἰῶνος νέος ὤλεο, κὰδ δέ με χήρην*
*Λείπεις ἐν μεγάροισιν· πάϊς δ' ἔτι νήπιος αὔτως,*
*ὃν τέκομεν σύ τ' ἐγώ τε δυσάμμοροι,*

quantum consentiant cum versu 483 et seqq. rh. *X*

*νῦν δὲ σὺ μὲν Ἀΐδαο δόμους ὑπὸ κεύθεσι γαίης*
*ἔρχεαι, αὐτὰρ ἐμὲ στυγερῷ ἐνὶ πένθεϊ λείπεις*
*χήρην ἐν μεγάροισι· πάϊς δ' ἔτι νήπιος αὔτως,*
*ὃν τέκομεν σύ τ' ἐγώ τε δυσάμμοροι*

est in aperto. Inter ea quae seqq. nulla intercedit similitudo.

Secundum locum utrobique obtinet Hecuba; verum in ipsis naeniis nihil conspirat, nisi quod utrimque leguntur nonnullae verborum iuncturae. Legitur enim in *X* 435

---

V. 727 sq. *οὐδέ μιν οἴω ἥβην ἵξεσθαι* cf. *Λ* 225 *αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἥβης ἐρικυδέος ἵκετο μέτρον —.*

V. 735 *χειρὸς ἑλὼν* cf. *Λ* 646, 778.

V. 737 *ἐπεὶ μάλα πολλοὶ Ἀχαιῶν*
*Ἕκτορος ἐν παλάμῃσιν ὀδὰξ ἕλον ἄσπετον οὖδας*
cf. *T* 61 *τῷ κ' οὐ τόσσοι Ἀχαιοὶ ὀδὰξ ἕλον ἄσπετον οὖδας Δυσμενέων ὑπὸ χερσίν.* Cf. etiam X 269. *χ* 17 legitur *γαῖαν ὀδὰξ ἕλον*, *Λ* 749 *ὀδὰξ ἕλον οὖδας.*

---

**Ἐπίλογος. 6**

- 3
  - Lamentari igitur populum, 1
  - parentes, 1
  - ipsam. 1
- 3
  - Neque enim manum dedisse H., 1
  - neque ultimum sibi dixisse ‚vale', 1
  - quod semper memoria teneat. 1

---

## H. Naenia Hecubae v. 748 seqq.

**Ἀρχή. 3**

- Hectorem, ipsius delicias, 1
- delicias fuisse deorum quoque, 1
- quam diu vixerit, 1
- nec non post mortem.

*ἦ γάρ κέ σφι μάλα μέγα κῦδος ἔησθα·*
*ζωὸς ἐών,*

in *Ω* 743 *ἦ μέν μοι ζωός περ ἐών;* sed hoc parum valet. (Etiam v. 703 *κώκυσέν τ' ἄρ' ἔπειτα γέγωνέ τε πᾶν κατὰ ἄστυ* nonnulla monent de rhaps. *X* v. 409
*κωκυτῷ τ' εἴχοντο καὶ οἰμωγῇ κατὰ ἄστυ.*)

Transitum autem in libro XXII faciunt versus
*ὣς ἔφατο κλαίων, ἐπὶ δὲ στενάχοντο πολῖται·*
*τῇσιν δ' αὖθ' Ἑκάβη ἀδινοῦ ἐξῆρχε γόοιο,*[1]

---

*Ὀμφαλός.* 6 {
- 3 Fratres ab Achille veniisse,
- 3 Hectorem interfectum atque raptatum.

---

*Ἐπίλογος.* 3 {
Tamen non aliam praebere speciem ac si Apollo eum modo occiderit.

---

### III. Naenia Helenae v. 762 seqq.

*Ἀρχή.* 3 {

| | |
|---|---|
| Hectorem carissimum sibi levirum, | 1 |
| coniugem esse Alexandrum, qui ipsam Troiam duxerit. | 2 |

---

*Ὀμφαλός.* 7 {

| | | |
|---|---|---|
| 3 | Per XX annos, quos degerit in Phrygia terra, | 2 |
| | nunquam Hectorem sibi convicium fecisse. | 1 |
| 3 | Si quis alius increpuerit, | 1 |
| | seu affinis alius | 1 |
| | seu ipsa socrus | 1 |
| 1 | illum sibi fuisse praesidio. | |

---

*Ἐπίλογος* 3 {

| | |
|---|---|
| Quid mirum quod lugeat, | 1 |
| quoniam nemo in posterum sit sibi benignus. | 2 |

---

1) Confer etiam *Σ* 51, *X* 430, *Ψ* 17. De formis *ἄρχειν* et *ἄρχεσθαι* disputat Ellendt. p. 32 sq.

ubi ‚τῆσιν' voci ‚πολῖται' opponitur. Etiam huius rhapsodiae poeta his versibus utitur; sed quoniam prior versus hoc loco ferri non poterat, alium pro eo recipere coactus est, qui legitur in libro XXII v. 515

ὣς ἔφατο κλαίουσ', ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες.

Versum 741, qua Andromache Hectorem sic affatur

ἀρητὸν δὲ τοκεῦσι γόον καὶ πένθος ἔθηκας

poeta mutuatus est ex rhaps. *P* 37, ubi morientis Euphorbi est.

Versum 759 Ἀπόλλων

οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνεν

in Odyssea legitur γ 280 et ο 411. De Diana idem versus usurpatur ε 124, λ 173 et 199.

Versu 769 δαέρων ἢ γαλόων ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων

factus est ad exemplum versus, qui bis extat in rhaps. *Z* v. 378 et 383 (ἠέ πη ἐς —, vel οὔτε πη ἐς —).

Versus 784 seqq.

ἐννῆμαρ μὲν τοίγε ἀγίνεον ἄσπετον ὕλην·
ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη ἐφάνη φαεσίμβροτος Ἠὼς,
καὶ τότ' ἄρ' ἐξέφερον

compositi sunt loco respecto qui est in rh. *Z* v. 174 sqq:

ἐννῆμαρ ξείνισσε καὶ ἐννέα βοῦς ἱέρευσεν,
ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη ἐφάνη ῥοδοδάκτυλος Ἠὼς,
καὶ τότε μιν ἐρέεινε.

Substituit poeta pro ‚ῥοδοδάκτυλος' aliud Aurorae epitheton ‚φαεσίμβροτος'; simile quid supra vidimus ad v. 363. Sed hic memorabile est adi. φαεσίμβροτος solummodo in Odyssea adhiberi (κ 138 et 191) et ap. Hesiodum in Th. v. 958 pro Solis epitheto.

In iteratione versus 788

ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος Ἠώς

Hauptius in iis quae Lachmanni observationibus de suo addidit (p. 99) offendit; quippe uno tantum loco Iliadis hunc

---

V. 749 ζωός περ ἐών. *B* 699, *P* 153, 271, χ 436 alias ζωὸς ἐών.
V. 757 cf. v. 421. — V. 760 et 761 saepius legimus.
V. 775 πάντες δέ με πεφρίκασιν cf. *Λ* 383 οἵτε σε πεφρίκασι λέονθ' ὣς μηκάδες αἶγες.

versum praeterea inveniri (*Λ* 477),[1] vicies (rectius duodevicies; cf. p. 3) in Odyssea. Sed nescio quid mirum sit in versu; nempe unumquodque quod continet verbum etiam alio loco demonstrari potest, velut ἠριγένεια *Θ* v. 508 (μέσφ' ἠοῦς ἠριγενείας), atque etiam similis versus nonnumquam in aliis Iliadis rhapsodiis invenitur.[2] Mihi quidem versus ille antiquitus sermonis epici fuisse videtur.[3]

Sequens versus

τῆμος ἄρ' ἀμφὶ πυρὴν κλυτοῦ Ἕκτορος ἔγρετο λαός

factus est ad exemplum versus 434 rhapsodiae *H*; legitur enim illic

τῆμος ἄρ' ἀμφὶ πυρὴν κριτὸς ἔγρετο λαὸς Ἀχαιῶν.

Restat ut de numero versuum ex rhapsodia quae antecedit sumtorum pauca dicam.

Reperitur enim versus 787

ἐν δὲ πυρῇ ὑπάτῃ νεκρὸν θέσαν

etiam in *Ψ* v. 165, versus 791—793

πρῶτον μὲν κατὰ πυρκαϊὴν σβέσαν αἴθοπι οἴνῳ
πᾶσαν, ὁπόσσον ἐπέσχε πυρὸς μένος· αὐτὰρ ἔπειτα
ὀστέα —

etiam in *Ψ* 237—239, quo loco Achilles Patroclum sepeliri iubet; ac primus quidem versus, qui eo loco paullum differt, (legimus enim ibi imperativum σβέσατ') ad verbum invenimus infra versu 250.

---

[Versus 790, quem invenias etiam in *Λ* 57 et in *β* 9, hoc loco sine dubio latior est turbatque orationem; cumque ab optimis testibus omittatur, sine ulla dubitatione cancellis saepiendus est.]

V. 794 θαλερὸν δὲ κατείβετο δάκρυ παρειῶν coll. *δ* 223 οὔ κεν ἐφημέριός γε βάλοι κατὰ δάκρυ παρειῶν.

---

1) Errat Bernh. in hist. litt. II, 1 p. 140 (173).

2) Conf. quae diximus p. 3 in annotat.

3) Plane similis ratio atque in nostrum versum cadit in versum ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθεν, de quo pluribus disputavimus ad v. 351.

Versus denique 801

χεύαντες δὲ τὸ σῆμα πάλιν κίον· αὐτὰρ ἔπειτα

petitus est ex eadem rhaps. Ψ v. 257; modo hoc loco pro Achillis nomine adv. ἔπειτα substitutum est.

Iam satis dixi. Vides quantus sit numerus iteratorum; quorum alia maximopere offendunt et manifesta imitationis vestigia prae se ferunt, alia plane legitima sunt, multa ex Iliade sumta, haud pauca etiam ex Odyssea. Neque semper eodem sensu ea licet accipere atque iis locis intelligi debent unde huius libri poeta ea petivit, neque semper satis apte facta videtur iteratio. Aliquoties duo vel plures loci quasi conglutinati sunt. Hic iterationes crebriores, illic parciores: hic versus paene integri translati sunt, illic nonnulla tantum vocabula, quae saepe nihilo tamen secius manifesta imitationis signa prae se ferunt. Plurimae iterationes extant a versu 300 — 400 nec multo minores a v. 600 — 700. Saepe poeta totos locos, quibus similes res descriptae erant, in suum usum convertit.

---

V. 802 εὖ συναγειρόμενοι δαίνυντ᾽ ἐρικυδέα δαῖτα conferendus est v. 687 rhaps. Δ

οἱ δὲ συναγρόμενοι Πυλίων ἡγήτορες ἄνδρες δαίτρευον. —

# VITA

Rudolfus Henricus Peppmueller natus sum Mindis, in oppido Guestfaliae, anno h. s. .XLIII. mensis Novembris die .XIII. patre Alberto Henrico, matre Ludovica e gente Sieckmanniana, quos acerbo fato eodem fere tempore mihi ereptos esse doleo doleboque. Fidem profiteor evangelicam. Mindis literarum elementis imbutus primum Lipsiae adii scholam Thomanam, deinde Halis Latinam eo tempore rectore Ecksteinio, cui multa debeo, nunc Adlero florentem. Vere anni .LXII. testimonium maturitatis adeptus in hac academia Fridericiana Halensi philologiae studiis me dedi et per quinque semestria Bergkium, Bernhardyium, Duemmlerum, Erdmannium, Haymium, Hertzbergum, Lucaeum, Schallerum, Zacherum audivi, nec non seminarii philologici et societatis historicae Duemmlerianae fui sodalis. Aestate anni .LXV. hac litterarum sede cum academia Berolinensi commutata audivi Droysenum, Friedrichsium, Hauptium, Kiepertum, Kirchhoffium, Jaffeum, Mommsenum. Ineunte aestate anni .LXVI. inde Halas remigravi licuitque mihi studia mea pergere et perficere: iuvat commemorare societatis philologicae Bergkianae per .IV. semestria me socium fuisse.

Praeceptoribus omnibus optime de me meritis gratias ago quam maximas; imprimis Th. Bergkio, cui quantum in studiis litterarum antiquarum debeam semper grato animo profitebor.

Sub finem hiemis huius anni postquam examen pro facultate docendi superavi, nunc in gymnasio Halensi nuper condito praeceptoris munere fungor.

# SENTENTIAE CONTROVERSAE

1) Verborum *κλάζω* et *πλάζω* unum tantummodo $\bar{\gamma}$ esse characterem.

2) Vocis solitariae *πρόσφατος* (*Ω* 757) originem perperam deduci a ‚*πρός*' et $\overline{\varphi\alpha}$ (*φένω*); vocabulum potius derivandum esse a ‚*πρό*' et $\overline{\sigma\varphi\alpha}$.

3) Perfectorum latinorum syllabam paenultimam productam non profectam esse ex amissione aut litterae $\bar{v}$ aut reduplicationis.

4) Non recte priorem partem adi. *ταννήκης* — *πεπλος* — *φυλλος* similium pro imperativo habere E. Weissenborn de adi. comp. Hom.

5) Hor. carm. IV, 6, 28 vulgatae ‚levis Agyieu' praestare Blandiniani lectionem ‚levis Agylleu'.

6) Mar. Vict. I, 2 legendum esse censeo: Omne autem explanativarum vocum initium et individua vox est littera, ex qua articulata vox existit *et in quam* (inque [ultimam]) resolvitur.